

Philolog.

R
1778

De Lobano Hefsu scriptique
suis accuratam edidit notitiam
doctus Jurajński in Scavo pol-
harum Polono rum.

Be 189 a

86

34.4.12 ~~Malinowski~~

Mikołaj Malinowski


Helius Eobanus Hessus natus, ut dicitur in
pago quodam conventus Hainensis in Hassia
inferiore, et clarus sui temporis poeta. Docuit
bonas litteras Exfordiae, Noribergae et Marpur-
gi: mortuus a. 1540. Carmen hoc eius cum
proxime sequenti quod ad puerilem instituti-
onem facit exhibet A. Liberus in Piolate
puerili.

4-IIA

6274

1523.68890

A. W. (1. Libanus.)



IN P. VIR.
GILII MARONIS
BUCOLICA.

Annot.iones H. Eobani
HESSI.

Scholia item LEONARDI KUL-
manni, quibus artificium rhe-
toricum explicatur.

Colonie apud Ioannem Gy-
mnicum. Anno M. D.
XXXV.

BIBLIOTH.
ACADEM.
DORF.
1875

BIBLIOTH.
ACADEM.
VILNENSIS

REVERENDO IN

CHRISTO PATRI, DOMINO

Friderico Nurenbergæ apud Divum Aegidium Abbati, Eobanus Hessus.

S. D.



ADNOTATIONES in Virgiliū meas, Reuerende pater Friderice, quas exigenti tibi sæpe me sum pollicitus æditurū: cum iam trāsmisurus essem Typographis, cœpi non nihil, ut quod uerum est fatear, subdubitare mecum ipse, emittere ne in uul-

gus opusculum minimè ad ostentationem elaboratum, an premerem potius: contentus interim non ita magna uel temporis uel ingenij iactura laborem istum mihi cōstitisse, quia satis uidebam non defuturos, qui non tam laborem hunc insolitum hæcenus mihi quàm subitam quasi naturæ quandam immutationem essent admiraturi: in me præsertim, qui tot iam æditis libris nullū omnino, nec alia in re nisi scribendis poematis nomen ambierim unquā, nunc subito, quasi ingenij me pœniteat, ad scribendas adnotationes animum adiecerim. Verum amicorum tuorū in primis hortatu, statui ingenij potius subire periculum, q̄ uel amicorum iustis fortasse desiderijs, uel si quid bonæ frugis per me afferri possit, studiosæ iuuentuti deesse. Tamen enim quidam hæc ut dixi, admiraturi sunt, mirabuntur tamen minus, ut opinor, ubi consilij mei rationem propius inspexerint, quod quidem ipsum quem euentum sit habiturū, ut incertus sum, ita haud quaquam magni facio. Rationem certe talem quandam habuit, ut crederem nō minus ex officio me facturum, biennio iam amplius in hac urbe profitemem, si optima poemata iuuentuti huius Scholæ, q̄ possem fidei interpretatione tradere, quàm si noua ipse atq; eriam, si Dñs placet, non extremè mala scriberem. Et uidebatur, his præsertim temporibus tā corruptis,

EPIST. NVNCV.

rptis, tamq; parum sua bona agnoscentibus, aliquāto præstabilius uetera instaurare, quàm noua condere. Quotus enim nunc quisq; est ita fidelis studiorum præceptor, ut ueterum ac ob id optimorum scriptorum lectione suos assuefaciat, dum oēs certatim nouos libros scribimus, & inutilibus chartis omnia, ac tātum etiam non cloacas opplem⁹, neglectis interim ueris bonarum artium traditionibus, fucō tantum eruditōis quodam contenti. Itaq; cum id mea nunc professio requirere uidebatur, non puduit me in has ueluti τὸς τῶν λαχάων προσηύχας, καὶ τὰ παῦτα διηπολεῖματ' ἀσκήσασθαι ad notationum descendere, quod cum ante hunc diem fecerim nunquā, & uiderem etiam horum temporum doctissimos uiros Erasimum ac Philippum hoc ipsum non sine laude agere, ut æditis talibus quibusdā (quis ignorat uero quanto me felicius?) libellis collabētes undiq; literas quasi fulciant, & ipse persuasus hisce rationibus, cum uelut expeditionis huius Scholasticæ ab Latino rōm pœtarū principe Virgilio sumpsissem auspicia, resumpti in manus ea, quæ biennio iam integro docuerā, atq; in chartas sparsim & ἀσχεδῶς, uti sit, conieceram, in libellumq; contraxi, & in primis collegi qua potui diligentia locos omnes Theocriti, quos in suo carmine Bucolico Virgilius uel transtulit uel imitatus est, eosq; ut cunq; Latine reddidi. His adieci in quatuor Georgicorum libros adnotationes breues quidem illas, uerum, meo quidē iudicio, studiosæ iuuenturi non omnino inutile futuram. In quibus ipsis quoque ex Hesiodo ac alijs nonnullis ut cunq; uel suppetebat ingenium, uel permittebat extemporalitas, quædam uerti, sed non nisi quæ ad rem pertinere uisa sunt. Eaq; omnia qualia qualia sunt in hunc quem uides, libellum contracta tuo nomini, humanissime ac Reuerende pater, inscripsi ac dedici: nō quia te uel eius honoris auidum esse, uel ipsius accessione quicquam gloriæ tibi astrui posse existimem. Sed quia sic & ipse de me priuatum merebaris, & postulat tua in recta studia, eorumq; studiosos singularis humanitas, recta uoluntas, summa fides: qui cum & ipse eruditione non uulgari sis, tum eruditōis omnes præcipueq;

A II pueq;

EPIST. NVNCV.

puerq; nostrum ordinem, qui Scholę præfeci sumus, in
credibili quodam favore profuuaris. Huc accedebat q̄
uidebatur nominis tui dignitas & existimatio huic no-
stro libello non parum autoritatis conciliatura, quod
pes bona sit intellecturos homines nondū omnino de-
ploratam esse literarum causam, ubi tales, hoc est, tui
similes patronos adhuc habere eas uiderint. His rationi-
bus nulli rectius quàm tibi, quicquid est hoc libelli no-
minatim inscribere uel potui uel debui. De quo ita iu-
dices uelim, ut credas tum existimaturū me totam
hanc operam quàm rectissimè collocasse, pri-
mum si tibi placuisse, deinde si tuo quo-
que nomini studiosis, non omnino
ingratum fuisse sensero. Vale.

Nurenbergæ, Mensē Au-
gusto. An.

M. D. XXVIII.

Id ne te lateat candide lector, personas quas
ad fines uersuum tubnexas legis, ad sequentia
carmina referri debere.

IN P. VIRGIL. MARO. BVC.
SCHOLIA LEONARDI KVL
manni, quibus obscuriores loci
explicantur.

RATIO CONScribendorum Bucolicorum hæc
fuit, Post interfectum Cæsarem propter percussores &
Anroniū, Augustus ciuilia bella mouit, & uictoria po-
titus, Cremonensium agros, qui contra eum senserant,
militibus suis dedit, qui cum non sufficerent, etiā Man-
tuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed pro-
pter uicinitatem. Perdito igitur agro, potentium fau-
re emeruit Virgilius, ut agrum suū solus reciperet. Itaq;
ut gratias ageret Augusto, Bucolica conscripsit.

TITVLVS.

Bucolica sunt dicta ἀπὸ τῶν βουκόλων, id est, à bubul-
cis, præcipua enim sunt animalia apud rusticos, boues.
Varia autem huius carminis origo est.

E C L O G A.

Ecloge non ab ἀἴς ἀγρός, id est, capra, sed ἀπὸ τῶ ἐκλό-
γῃ, id est, eligendo dicuntur, significat enim Ecloga quip-
piam insigne, quod nostri syluulam uocant.

C H A R A C T E R.

Humili caractere constat Bucolicum carmen, Nam
rustici qui hic introducunt, simplicitate gaudent, neq;
altum tonat.

G E N V S C A R M I N I S.

Bucolicum carmē constat Heroico uersu, qui melior
in hoc genere, si quartus pes Dactylus fuerit, & oratiōis
partem terminauerit, id quod Theocritus crebrius ob-
seruauit, Virgilius Theocritum imitatus.

E C L O G I S ex more Comicorum personę nomen
tituli uice præponitur, sic & Plato in Gorgia et cæt.
quem imitatus Lucianus in Dialogis, sic & Ouidius Nu-
cem.

A iij ARGV-

P. VIRGIL. MARO. BVC.

ARGVMENTVM PRIMAE
ECLOGAE.

In prima Ecloga introducuntur Tityrus & Melibceus. Sub Tityro, persona Virgilij, sub Melibceo alius, cui ager erat ademptus. Itaque Virgilius quoevidentius fortunam suam atq; adeo Cæsaris beneficia explicaret, ex diuerso introduxit alium aduersæ fortunæ, cui ager erat ademptus, & ipse à patria pulsus.

ECLOGA I. TITYRVS.
MELIBOEVS ET TITYRVS.
Interlocutores.

Tityre, tu patula recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui Musam meditaris auena.
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in umbra
Formosam resonare doces Amaryllida sylvas. Tit.
O Melibce, Deus nobis hæc oecia fecit.
Nanq; erit ille mihi semper Deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuct agnus.
Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsum
Ludere, quæ uellem, calamo permisit agresti. Mel.
Non equidem inuido, miror magis, undiq; totis
Vsq; adeo turbatur agris, en ipse capellas
Protinus æger ago, hanc etiam uix Tityre duco.
Hic inter densas corylos modò nanq; gemellos,
Spem gregis, ab silice in nuda cõnixa, reliquit.

Tityre

ECLOGA PRIMA.

¶ Tityre tu pa. &c.) Exordium quo captat beneuolentiam à persona Tityri, & genus carminis exprimit. ¶ Amplificatio est ab nomine.
¶ Nos patriæ fines.) à rīstōis est, & interpretatio adiuncta expolitione. ¶ Ille meas errare.) Reddit causam cur sit Cæsarem loco numimis habiturus, beneficiū subrexiens. ¶ Vsq; adeo tur.) Hypotyposis est, & exemplum à sua persona, quo tantarum turbarum uehementiam ostendit.

Sæpe malum hoc nobis, si mens non leua fuisset,
De caelo tactas memini prædicere quercus.
Sed tamen iste deus qui sit, da Tityre nobis. Ti.
Vrbem, quam dicunt Romam, Melibceæ putau
Stultus ego huic nostræ similem, quò sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere sætus,
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Noram, sic paruis componere magna solebam
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi. Me.
Et quæ tanta fuit Romam tibi caussa uidendi? Ti.
Libertas, quæ sera tamen respexit inertem,
Candidior, postquam tonidenti barba cadebat.
Respexit tamen, & longo post tempore uenit.
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.

De caelo tactas.) Tacta quercus agri uastationem, de caelo iram Cæsaris significabat. ¶ Vrbem quam di.) Oreditur narrationem à loci descriptione, & est longum Hyperbaton.

Sic canibus catu.) Collatio est Bucolica, qua aliquot dissimilitudinis formulas congerit, cuiusmodi scilicet restudinem Pegaso comparare, & culicem elephanti cõ

A iij ferre

vq; papa.

lomo ho
nini dz
toniū uel
ceus.

ollit su
pitionē.
latio.

Laus ur
bis Rom
& est con
paratio.

P. VIRG. MARO. BVC.

ferre, id est, minimam maximis. ¶ Libertas, quæ.) Cau-
sa est, quare urbem ipsam adierit. ¶ Respexit in.) Tran-
satio ab eo, qui miseros respicit, & est Archaismos.

in uoluntate,
& obiecti
ni respō-
dit curid
ecce.

Nanq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret uictima septis,
Pinguis & ingrata premeretur caseus urbi,
Non unq; grauis ære domū mibi dextra redibat. Me.

ποσειδωνος.

Mirabar quid mœsta deos Amarylli uocares,
Cui pendere sua patereris in arbore poma,
Tityrus hinc aberat, ipse te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta uocabant, Tit.

gregia
us & cō
mendatio
oetæ.

Quid facerem, neq; seruitio me exire licibat,
Nec tam præsentis alibi cognoscere diuos.
Hic illum uidi iuuenem Melibœe, quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant,
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti,
Pascite ut antè boues pueri, submittite tauros. Me.

gratu-
rio.

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satie, quamuis lapis omnia nudus,
Limosq; palus obducatur pascua iunco,
Non insucta graueis tentabunt pabula foetas,
Nec mala uicini pecoris contagia lædent.

Quid facerem, neq; &c.) Modus loquendi eorū quo-
rum consultatio dubia est. ¶ Hic illum uidi.) Nunc ad
interrogata respondit, & est πολυβόλον τεροῦ teste Fabio li-
bro nono. cap. 3. ¶ Et tibi magna.) Pathos à ruris amec-
nitate.

ECLOGA PRIMA.

nitate. ¶ Nec mala uicini.) Aliquid mali propter uici-
num malum.

Fortunate senex hic inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper uicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro,
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea rauca tua cura, palumbes.
Nec gemere æria cessabit turtur ab ulmo. Ti.
Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in litore pisces,
Antè pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim,
Quam nostro illius labatur pectore uultus. Me.
At nos hinc alij sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxæ,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Descri-
prio am-
nitatis.

Ab impo-
sibilitatē,
est grati-
tati actio
ne uidea
ingratu

Sæpe leui som. &c.) ὄνομα κτηνῶν à sono ficti est no-
men. Et familiare poetis est, ea quæ olim fama nobilita-
ta sunt carmine nobilitare, sicut hoc loco Hyblea urbs
apibus nobilitata à Virgilio celebratur. ¶ At nos hinc.)
Contentio. Ex comparatione enim felicitatum Tityri
ad felicitatem Melibœi, atque adeo ab exilio mouet af-
fectus. ¶ Et penitus toto.) Prouerbia. Ad phasim usq;
nauigauit, & ad Herculis usque columnas. Et ad Britan-
nos usque & cætera.

En unquam patrios longo post tempore fines,

A V Paupe

P. VIRG. MARO. BVC.

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot mea regna uident mirabor aristas
Impius hæc tam culta noualia miles habebite
Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
Perduxit miseros? en quis conseruimus agros?
Inscere nunc Melebecæ puros, pone ordine uites.
Ite mææ, quondam felix pecus, ite capelle
Non ego uos posthac uiridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe uidebo.
Carmina nulla canam, non me pascente capelle
Florentem cythisum, & salices carpetis amaras. Ti.
Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem.
Fronde super uiridi sunt nobis mitia poma,
Castancæ molles, & pressi copia lactis.
Et iam summa procul uillarum culmina fumant.
Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ.

¶ En unquã patrios &c.) Seipsum alloquitur, quem admodum miseri solent.

¶ Post aliquot.) A fructibus computat annos, & est Metalepsis.

¶ En quo discor.) Exclamatio aduersus ciuile bellum.

¶ En quis cõseui.) Quod cuiusque priuatum est, eius regnum dicitur. Deinde Parcæmiarum locus est. Alienâ metis messem, & concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

¶ Dumosa pendere.) Auxesis per doloris amplificationem.

¶ Et iam summa.) Periphrasis est occidentis solis, seu noctis aduenientis descriptio.

ANNO

ANNOTAT. EOBANI HESS.

in Bucolica P. Virgilij Maronis.

THEOCRITUS Syracusanus Bucolica carmina scripsit, numero triginta sex, quæ quidem extare non uimus, quæ uel ab ipso, uel, ut quidam uolunt ab interprete Idyllia, id est, parua poemata inscripta sunt. Hunc in scribendo bucolico carmine Virgilius imitatus, numero quidem Eclogarum, sic enim sua hic maluit appellare pastoralia carmina, longe ab illo abest, quippe quas non nisi decem fecerit. Verum argumento matris illi par, & per omnia similis, nisi quod allegorias plerumque miscet, cum contra omnia simpliciter, & sine troporum inuolucris describat Theocritus, qua in re tantum hunc ab illo dissentire scribit Seruius: plerumque tamen sicut quædam ab illo fumere, ut & prorsus alia faciat, & suo usui accommodet, sic, ut quæ ab illo constet simplicissime dicta, ab hoc figurata, ad aliud quiddam significandum detorqueantur. Obseruatis tamen ubique & pastoralis sermonis simplicitate, & personarum decoro. Plurimas tamen harum Eclogarum Theocriticis similes fecit, nisi quod locis sæpe, sic ipsa rerum necessitate exigente, figuratis, quæ natura ipsius argumenti sit, inspergantur, quæ omnia suis locis indicabuntur.

ARGUMENTVM PRIMAE ECLOGÆ

gæ paulo altius repetitum, huiusmodi ferè est.

Post mortem Iulij Cæsaris flagrante toto ferè terrarum orbe bellis ciuilibus cum Augustus deuietis Bruto & Cassio in Thessalia, L. Antonio Triumuirum fratre in Italia ad Perusium, cum à Triumuiratu iam Lepidus excidisset. Sexto Pompeio copis omnibus destituto in Asia: demum & M. Antonio Triumuiro apud Actium Epyri promontorium pace terra marisq; parta, cum miles stipendia & in promissos agros miti flagitaret, nec aliter ipse diutinis bellis exhaustus esset soluendo, agros Cremonensem, qui in partibus fuerant, militibus diuisit, quibus non sufficientibus, Mantuanorum agros adiecit. Non tam quia quicquam illi deliquis-

ειδὺλ. λιου. 2.
μεται. 2. 4.
κρὸν ποιη. 4.
αὐτὸ τὸ εἶδ.
ἢ θεωρία. 4.
π. εἶδος. 4.
λόγ. 4. 6.
ειδὺλ. λιου. 4.
παρὰ τὸ ε.
δω. 2. 4. 6.
να ὑποκοι.
σικῶς δὲ ε.
ρητ. εἶδ. 4.
λιου.

IN P. VIRG. MARO. BVC.

deliquissent, sed tantum, quia uicini essent. Inter quos
cum & Virgilius agrum suum amisisset, Romam profe-
ctus fauore primum Pollionis, deinde Mecœnatis, &
aliorum potentum amicorum Augusti, obtinuit, ut a-
grum suū reciperet: qua de re gratias illi agit hac Eclo-
ga, & per Tityrum personam suam, per Melibœum quē
uis Mantuanorum ob amissum agrum dolentem signi-
ficat. Quoniam uero in his decem Eclogis Theocritum
sequutus est Virgilius, & plurima ex eodem in suū car-
men, & aperte & dissimulanter, ubiq; tamen summo ar-
tificio transfudit. Iccirco locos maxime à Theocrito
sumptos adnotabimus, non scribemus commentarios,
nisi quod & quosdam alios ex aliorum commentariis,
non tamen uulgares, indicabimus locos.

Tityre tu patulē.) Ad similitudinē principij Theo-
critici, cœpit à uocatiuo proprii nominis. Nā is
ita incipit:

ἄλυσεν τὴν ψυχὴν ἄπολι τὴν αἰ-
ῶνα καὶ τὴν παλαιὰν μελιόβυσσον, &c. id est,

Aepole dulcis hic est uicinæ sibilus auræ,
Dulcis & hæc strepitu fontes propē consta pinus.

Alij tamē Latinorum quosq; aliter cœpere, ut T. Cal-
phurnius à periphrasi,

Nondum solis equos declinui mitigat æstas. &c.

Baptista tamen conterraneū opinor imitatus à uo-
catiuo proprii nominis cœpit. Sed & alij Latinorū uar-
iant. inter quos sunt quos norim, Petrarca, Ponta-
nus, Nemesianus. Ex recentioribus maxime lectu digni
uidentur Eclogę Euricij Cordi, quas decem luculentiss.
carmine descripsit. Ante quem nos quoque anno ætatis
nostræ uigesimo secundo, undecim Eclogas scripsimus
addidimusq;. Sed nuper recognitas & auctas maxima
ex parte: ex undecim Eclogis, tria de uiginti fecimus
Idyllia, sic enim nunc inscripsimus, quę & ipsa propediē
in manus studiosorum exhibent, famamq; priorū, ut bo-
na spes est, & diuturna expectatione ac iudicij, eruditio-
nisq; accessione longe superabunt. Verum hæc quia præ-
sentis instituti non sunt ad Virgilium reuertamur.

Quod

ANNOT. EO BANI HESS.

Quod ad usurpationem propriorum nominum atti-
ner, sciendum est, omnia nomina propria quibus in Bu-
colicō carmine usus est hic Poëta, exceptis paucis Ro-
manis à Theocrito desumpta esse, ut in hac prima Eclo-
ga Tityrus, quo arietem maiorem, alij hircum signifi-
cauit. Melibœus uero ab eo quod curam gerat boum,
ἐν τῷ μέλει ἀντὶ τῶν βοῶν. Vnde etiam, κατ' ἀντίχρονον, est
uerbum meditaris, Græci enim μελίτω dicunt, id est, cu-
ra fit. Vnde meditor Latini fecerunt, conuerso λ in no-
strum d.

2 Formosam resonare doces Amaryl. syl.)

Amaryllidis nomen, apud Theocritum celebre est,
tum alibi, tum præcipue in Comaste: uerum huius no-
minis poetam Latinum, quasi quandam ἀλληγορίαν fe-
cisse uolunt quidam, & secretius quiddam significare.
Qua in sententia uideo fuisse Angelum Politianum Epi-
stolarum libro primo ubi sic scribit. Triplex fuisse no-
men ubi Romæ proditur: unū hoc quod diximus per-
uulgarum. Alterum quod arcanum fuit, unde amaryl-
lida suam quę amorem proprię significat in Bucolicum
carmen poëta detorsit. Tertium, sacrificis debitum, de
quo uocabulum Floralibus impositum &c.

Triplex
nomē Ro-
mæ.

3 Pars Scythiam & rapidum Crete uen. Oaxem.)

Idem Politianus Misc. 37. Seruij super hoc loco
opinionem improbat, & scæde lapsum existimat, quod
Oaxem fluiuium accipiat Mesopotamiæ, quem ipse Cre-
ta Insulæ esse dicit scribere Vibium sequestrum. Inde ci-
tat super eadem re uersus Apolonij ex primo Argonau-
ticōn, qui sunt.

Ἄλυσεν ἰσθαίον κρηταῖον. οὐς ποτὲ νύμφη
ἔγχετο διντάρων ἀνὰ σπῆος ἀμφοτέρωθεν
ἄραξομένη γαίης διαξίδου ἑβάλσσοι.

Quos ita licebit uertere, nam ab eo à quo citantur
uersi non sunt.

Dactyli erant Idæa uirūm gens incola Crete,
Quos nympha Anchiale tellurem Oeaxida utraq;
Dictæo complexa specu, genuisse putatur:

Verum

IN P. VIRG. MARO. BVC.

Verū cum in his uersibus in dictione Oeaxide, longa sit prior syllaba, eo quod diaphthongon habeat: in poeta uero nostro & breuis sit, & sine diaphthongo scribatur ipse Politianus uiderit, quid rationis habeat. Ego certe, ut iudicio doctissimi uiri libenter steterim, ita suspicor etiam subesse rationem aliquam, quæ me subterfugiat.

ARGUMENTVM. LE. K.

Amatorium carmen est, cui Poetæ solent etiam serium quiddam inferere. Videtur enim hæc Ecloga Poetæ querimoniam continere, quod parum gratus esset apud Augustum, si quid præterea male conuenit, huic argumento figurandæ fabulæ causa iudicamus appositum esse. Ceterū Cyclopen Theocriti imitatus est in hac Ecloga.

ECLOGA II.
ALEXIS.

FORMOSUM pastor Corydon ardebat Alexin,
Delitias domini, nec quid speraret, habebat.
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos
Assiduè ueniebat, ibi hæc incondita solus
Montibus & syluis studio iactabat inani.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.
Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.
Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant:
Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos.
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu,
Allia serpillumq; herbas contundit olentes.
At mecum raucis, tua dum uestigia lustrò,
Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis.

O cru

epithetò
corpore.

proposi
tio.

Ab aliorū
elicitate.
Est πᾶθος
tēpore.
Cōtentio.

ECLOGA ALEXIS.

O crudelis Alexi.) Exclamatio propter animi amaritudinem, simul pathetica oratio amantis accommodata.

Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras,
Atq; superba pati fastidia, nō me Menalcam?
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses.
O formose puer nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum, nec quis sim queris Alexi,
Quam diues pecoris, niuei quam lactis abundans.
Mille mea siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Canto quæ solitus si quando armenta uocabat,
Amphion Dirceus in ætæo Aracyntho.
Nec sum adeo informis, nuper me in littore uidi,
Cum placidum uentis staret mare, non ego Daphnim
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos,
Hædorumq; gregem uiridi compellere hibisco.
Mecum una in syluis imitabere Pana canendo.

Nonne fuit satius.) Imprecatio, atque ab effectu uocat iras tristes, quia tristitiam afferunt.

¶ Nec quis sim.) Querimonia perturbati animi.

¶ Quam diues pecoris.) A' tribus se commendat, ut solent amatores. ¶ Mille mea si.) A' diuitiis.

¶ Amphion Dir.) Vide Horatium in arte poetica.

¶ O tantum libeat.) Exclamatio, qua confutat id quod de eius inopia dici poterat.

¶ Hædorumq; gre.) Inuitat ad amonitatem ruris in quo sit Pan.

Collatio

ἰπὸς ὄνυμα
Ex floribus
facit cōpar
rationem

Ab arte &
scientia.

A pulchritudine
corporis.

ἰπὸς ὄνυμα,
sententia
figura est

Pan

P. VIRG. MARO. B. VC.

Pan primus calamos cera coniungere plures
 Instituit, Pan curat oues, ouiumq; magistros.
 Necte poeniteat calamo triuisse labellum.
 Hec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?
 Est mihi disparibus septem compacta cicutis
 Fistula, Damcetas dono mihi quam dedit olim,
 Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.

A difficul-
 tate & nu-
 mero.

Dixit Damcetas, inuidit stultus Amyntas.
 Præterea duo, nectuta mihi ualle reperti
 Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
 Bina die siccant ouis ubera: quos tibi seruo.
 Iampridem à me illos abducere Thestylis orat,
 Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.

Huc ades ò formose puer: tibi lilia plenis
 Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nalis
 Pallentes uiolas & summa papauera carpens,
 Narcissum & florem iungit bene olentis anethi.

Pan primus cala. & Ab honesto atq; adeo ab auto-
 re. ¶ Nec te poeniteat. ¶ Notat suos calumniatores, & et
 planè proouerbialis uersiculus.

¶ Est mihi di. ¶ Descriptio, & offert munus, quod lat-
 dat ab autore. ¶ Et dixit mo. ¶ Commendat quòd hæ-
 reditarium sit datum, & quòd inuidiam meruit.

¶ Iampridem à me. ¶ Cõmendat quòd huiusmodi sim-
 quòd cupiantur.

¶ Huc ades. ¶ Pluribus modis conatur illum allicere
 cum & Nymphæ sibi obsequantur.

A more pi-
 etorũ trã-
 statio.

Tum Casia, atq; alijs intexens suauibus herbis,
 Mollia luteola pingit uacinia caltha.

BUCOLICA ECLO. II. ALEXIS

Ipsè ego cana legam tenera lanugine mala,
 Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
 Adam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.
 Et uos ò lauri carpam, & te proxima myrte
 Sic positæ quoniam suaueis miscetis odores,
 Rusticus es Corydon, nec munera curet Alexis,
 Nec si muneribus certes, concedat Iolas.

ἀποσπορῶν

Παραιμιῶν

Eheu quid uolui misero mihi, floribus austrum
 Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
 Quem fugis ah demens! habitarunt Dij quoq; syluas,
 Dardaniusq; Paris, Pallas quas condidit arces
 Ipsa colat, nobis placeant ante omnia syluæ.

ἠδύμας

8 Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
 Florentem cythisum sequitur lasciuia capella,
 Te Corydon ò Alexi, trahit sua queng; uoluptas.

Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuueni,
 Et sol crescenteis decedens duplicat umbras,
 Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amoris?

¶ Sic positæ &c. ¶ Ex cõmixtione citantur suaues odo-
 res. ¶ Rusticus es Co. ¶ Castigatio est, arguitq; se stultiti-
 a. ¶ Eheu quid. ¶ Translationes Bucolicæ, uide Erasmi
 Chilia. ¶ Te Corydon ò. ¶ Epiphonema cum accõmoda-
 tione. ¶ Aspice, aratra. ¶ Pathos à rustico instrumento.
 ¶ Me tamen urit. ¶ Ratio ab energia amoris.

9 Ab Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
 Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.

Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus.

B Vini

Ipse

IN P. VIRG. MARO, BVCO.

Viminibus, molliq; paras detexere iunco?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

¶ Ah Corydon &c. Anadiplosis Fabio teste, lib. 9. ca. 3. Semiputata tibi. Duplex adhibet remedium aduersus amorem. ¶ Viminibus, mol. Hortatur ad laborem, res age tutus eris. ¶ Inuenies alium. Successore nouo tollitur omnis amans.

IN ECLOGAM SECVNDAM AN
NOTATIONES EOBAN
ni Hesi.

1 Formosum pastor Cor.

Sunt qui dicant sic à Virgilio (quem per Corydonem hoc loco accipimus) ad amatum Alexim, ut à Socrate amatus sit Alcibiades, ut à Platone aliquot ingenui pueri, hoc est, amore casto ac sobrio. neq; enim quicquã turpe suspicari necesse est de Poëta, quem continentissimum & penè uirginis moribus fuisse legimus. Alij ad dissimilitudinem morum studiorumque stectunt argumentum, male coherentis amicitie, quorum est ERASMVVS, qui hoc argumentum copiose & eloquenter, ut solet omnia, tractat in eo commentario, quem de instituendis pueris conscripsit. Alexim uero hunc antea Alexandrum uocatum, quem ab Asinio Pollione dono acceperit, liberaliter à Virgilio institutum fuisse accepimus.

Argumentum factum est ad similitudinem Idyllij theocriti, qui Comastes inscribitur. Ut enim in illo Aepolus desertum se & spretum ab Amaryllide amicum multis modis queritur: sic in hac quoque Ecloga Corydon indigne fert ab eo se contemni, de quo sit optimi meritis. Verum, ne hic fuerit aliquis tam ambitiose cruditionis, qui uel cum iactura & offensione morum

ANNOTAT. EOBANI HES.

puerilium, aliquam aliam ueritatem conetur ex hoc loco, sine ulla necessitate eruere, maximo pere Erasimum audiendum cenfeo, qui hunc locum maxime tractat & caute & utiliter.

2 O crudelis Alexi nihil &c. Theocritus Idyllion 7.

Ἵ χαριῶν, ἀμαρυλλί, τί μ' οὐκίτι τῶ κατ' ἄντρον.
παρῆμποισα καλῆς ἄν ἱρωτύλον, ἦρά με μισῆς.

Et paulo post, ἀπάγγελαι με ποιοῖσῆς.

O dilecta Amarylli quid hoc tibi solus in antro

Deferor, & neq; prospiciens me nuper amantem

Blanda uoce uocas.

Et paulo post:

Fraçto ne mori me gutture coges? Nam per interrogationem erat exprimendum, quod aliter satis commode non potuit. In Greco enim simpliciter est, ἀπάγγελαι με ποιοῖσῆς, id est, strangulari me facies. Quod & hic simpliciter expressit, mori me deniq; coges.

3 Nunc uiridis etiam ocul. Locum ex Thaliffis Theocriti imitatus est, qui est huiusmodi.

Εἰδύλ. η.

τῶ δὲ τὸ μεσομέριον πῶδας ἐλιῆς,

ἄνικα δὲ καὶ σαύρη ἐφ' αἰμασίωσι καθέουδα.

Id est, Quo tu in meridie te confers. Quando & iam la certus in sepibus iacet.

Nos ita:

Tempore quo nunc

Sol medium cæli curru ferit igneus orbem,

Et uirides recubant subter confecta lacerti.

4 Mille meq; Siculis. Sumptus est hic locus ex Idyllio 10 in quo Cyclops amans Galatcã inducitur, sic loquitur.

βοτὰ χίλια βόσκω.

ἢ καὶ ταύτων τὸ κρέσσον ἀμελγόμενον γάλα πίνω.

τυρὸς δ' ἐν λείπει με' οὐτ' ἐν θέρει, οὐτ' ἐν ὄπασσῃ,

ἐν χειμῶνος ἄκρῳ. Mihi pascua florent

Mille ouibus, quibus emulsis datur optima lactis

Copia, quæ nullo deficit mihi tempore. Nam cum

Aut æstas uenit, autumnusue, aut bruma nivalis.

In quibus uersibus hoc tantum omisum est, quod in

B η Greco

IN. P. V. M. MANTVANI BV.

Græco dicitur de caseo, super quo loco dicit Seruius
 etius latinum fecisse quàm Græcum, qui caseum dixerit
 non lac: nã caseus, inquit, quia seruari potest, omni tem-
 pore habetur. Dicitur tamen nihilominus & in Græco
 ἡράτιον ἀμιγλῶδον γάλα πίνω, quod est, mulgens opti-
 mum lac bibo.

Locum igitur hunc melius sic uertimus:
 Mille meas pasco Siculis in montibus agnas,
 Dulcia quas mulgens niuei bibo pocula lactis.
 Caseus haud ullo defit mihi tempore, non cum
 Aut æstas uenit, autumnusque, aut bruma iualis.
 Nec sum adeo infor. &c.) Theocritus in Bucolici-
 tis Idyllio VI.

καὶ γὰρ θινὸν οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν ὡς με λέγουσι.
 ἢ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐθέλω πον. ἢς δὲ γαλάνα.
 καὶ καλὰ μὲν τὰ εἶνεα, καλὰ δ' ἐμὴν ἃ μία κῶρα,
 ὡς παρ' ἐμὴν κέρριται κατεφαίνετο, τῶν δὲ τ' ὀδόντων
 λιγκότεραν ἀνὰ γὰρ παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.

Quod est huiusmodi:

Nec tam sum forma turpis quàm dicor, In unda
 Naper enim uidi ipse meos de litore uultus,
 Cum nulli flarent tranquilla per aquora uenti.
 Formosæq; genæ fuerant, formosus & ipse
 Vnicus hic oculus, me iudice, deinde uenusti
 Et niuei Pario certabant marmore dentes.

Negat quidem Seruius ex mari effigiem ullo pacto
 posse reddi, sed Lucianus alicubi, in marinis opinor dia-
 logis, uideatur dicere posse. Rationes tamen habet suas
 Physici cur non possint. Sed hæc curiosiores uiderint.
 Alba ligustra cadunt uac.) Magnus est error Seruii,
 inquit autor Cornucopiæ, qui uersum illum Maronis
 exponens

Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.
 Ligustrum, inquit, lilium est album, uaciniū uero flos
 nigri coloris, qui Græce Hiacynthus dicitur. Hæc uerba
 Seruii sunt. Idem scriptor ait, arborem hanc alio nomi-
 ne uoc

ANNOT. EOBANI HES.

ne uocari Cyprum, quod in Cypro insula nascatur, odor
 ris suauitate præstans. Eius lignum aptum esse tesseri
 conficiendis, uocariq; in Italia Ligustrum. Plin. lib. 12.
 cap. 24. non hoc adfirmat quidem, sed de Cypro loquens,
 dicit esse quosdam, qui dicant eam esse arborem Cyprū,
 quæ in Italia uocetur Ligustrum, ex quibus satis patet
 arborem dici ab eodem ligustrum. In eadem sententia
 est & Dioscorides libro. 1. cap. 115. Cuius interpres Mar-
 cellus Virgilius, uir, meo quidem iudicio, multa lectio-
 nis, uarietq; eruditionis, fruticem esse dicit uulgarem, &
 ubiq; paratum, non contemnendo argumento uilescere
 nobis quæ abundet, nasci q; in sepibus Maio mense cum
 floret: Autumno autē cum maturescat baccis nigresce-
 re. Quæ uerba mihi uidentur ad opinionem Seruii pro-
 pius accedere, qui lilium album esse dicit ligustrū. Huc
 adde, quod apud Columellā quoq; in hortis herba est,
 cuius hi uersus sunt.

Extunc ne dispernat opes Corydonis Alexis,
 Fer Calathis uiolam, & nigro permista ligustro
 Balsama &c.

Itaq; uariatibus duorum sum morum, trium non in-
 fimorum sententijs, quem quisq; sequi malit, liberū est.
 De uili certe ac uulgari, seu herbæ seu arboris flore, lo-
 quutum Virgilium satis constat.

7 Præterea duo nec tuta.) Verbis & re non nihil uar-
 iatis à Theocrito totum locum sumpsit, cuius in Co-
 mastæ hæc sunt uerba:

ἢ μὲν οἱ λευκὸν ἀδύματόιον αἶγα φυλάσσω.
 τὰν με καὶ ἃ μέρμηκωνος ἰριθακίς ἃ μελανόχρους
 αἰτέη. καὶ δλωσῶ ὅτι, ἐπὶ τύμοι ἐνδιακρύπτη.

Hoc nos paulo fufius in hunc modum:
 Nunc tamē hanc pasco bis scætam alba inq; capellam,
 Quam tibi iam toties Mermnonis Erithacis ultro
 Filia deposcit nigrum puleherrima corpus.
 Et certè feret, & quod tantum quærit habebit,
 Quandoquidem tu me multum spe fallis inani

B iij Et mi

Plin. li. 12.
ca. 10

epit
cor

uci. i. Ἰβρ
 γαλίωv, ἀλ
 ἃ ὀπὸτ' ἀν
 ρελίωv μα
 ἄρ οἶα τυγ
 αἰνας δῶσα
 τῶν ὄτρυ, ἀ-
 ῶ ἰβρας π
 εἰ ποῖs γα
 ἰνη ἐμ, ἰδῆ
 ἰασα ὄβ
 ὄσωρ ἰδ
 ἰω τῶ.

ANNOTAT. EOBANI HESS.

Et tibi delicta sunt hæc ludibria nostri.

Non dissimilis admodum & in Cyclope
locus est huiusmodi, τρέφω δ' ἐπιένδυνα νεβρός,
πάσας ἀμφοδώρας, καὶ σκύμνος τῆσ' ἀραιῶν ἄρκτων.
ἀλλ' ἀφικεν τὸ ποτὶ με, καὶ ἕξαι ὄσθ' ἐλλαασον.

Quod ferè ad uerbum est:

Ter tres atq; duas fortas tibi nutrio ceruas,
Quatuor us sarum catulos. Quin certe mecum
Hos ad me ueniens, nec me minus ipsa tenebis.
8 Florentem Cytisum, ἡ κλίματα fecit, quam figu-
ram Latini gradationem uocant. Est autè locus ex The-
ocriti Ergatinis:

ἄ σ' εἶ τὸν κύνισον, ὁ λύκος τὰν αἶσα διάνει,
ἄ γέρωτος τώροτρον, εἰς ὃ δὲ ἴδη τὴν μεμάνημα.
Capra falax uiridem Cytisum, lupus ille capellam,
Incuruum sequitur grus errabundus aratrum.
Te sequar, in te præcipuo feror ipse furore.

9 Ah Corydon Corydon.) Torus ad finem locus ex
Cyclope Theocriti est, cuius uerba sunt:

ὁ κύκλωφ κύκλωφ, πᾶ τὰς φέρινας ἐπιπέπτουσα.
ἄπ' ἑθδὸν ταλάρωσ πεπλίκου, ἢ βαλλὸν ἀμάσας
τοῖς ἄρκεισι φέροις, τάχα κεν πολὺ μᾶλλον ἔχῃς νοῦν.
τὰν παρνεύσασ ἀμελγ. &c. Quod est ferè:
O Cyclops Cyclops quæ te dementia cæpit,
Quàm fuerat melius calathos contexere, & altos
Lanigeris ouibus in pabula sternere ramos.
Hanc mulge interea. Porro quo concludit.

10 Inuenies alium.) In eodem loco est,
τί τὸν φεύγοντα διάνει,
εὐρήσεις γαλάτευ ἴσως καὶ καλλιὸν ἄλλαν.

Quid enim se queris fugientem,
Inuenies aliam, quæ sit formosior illa.
Hunc tamen locum in ipso Idyllio sic expressimus,
Quid enim fugientia captas
Gaudia? forte aliam quæ sit formosior illa

Inuc

P. VIR. MARONIS ECLO. III.

Inuenies Galatean &c.

ARGUMENTVM.

Qui Bucolica scribit, in hoc incumbere debet, ne simi-
les sint Eclogæ, quod hoc loco uidet præstari à Virgilio,
Nam prima habet beneficia Cæsaris in Virgillum colla-
ta. Secunda cōquestionem, quod parum apud Cæsarem
sit gratus. Hæc autem lites continet & uicia.

ECLOGA TERTIA, PALAEMON.

Menalcas, Damoetas, Palaemon.

Menalcas.

Dic mihi Damoeta cuius pecus, an Meliboei? Da.
Non, uerum Aegonis, nuper mihi tradidit Aes-
gon. Mc.

Infelix o semper ouis pecus, ipse Nearam
Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa, ueretur,
Hic alienus ouis custos bis mulget in hora.
Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Da.

¶ Dic mihi Da.) Exordium est amarum, quo eum mer-
cenarium esse ostendit, & est exprobratio, ¶ Hic alie-
nus.) Obicit furtum & infidelitatem.

Parcius, ista uiris tamen obijcienda memento.
2 Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,
Et quo (sed faciles Nymphæ risere) sacello. Me.

Tum credo, cum me arbutum uidere Myconis,
Atq; mala uites incidere falce nouellas. Da.
Aut hic ad ueteres fagos, cum Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos, quæ tu peruerse Menalca:

Obicit li-
bidinem

B iiij Et

P. VIR. MARONIS

Et cum uidiſti puero donata, dolebas.

Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes. Me.

Quid domini facient, audent cum talia fures?

3 Non ego te uidi Damonis peſtime caprum

¶ Nouimus & qui & c.) Detraſtio Fabio teſte lib. 9. & eſt Sarcasmos. ¶ Tum credo.) Aliud obicit crimen, ut ſuum diſſoluat. ¶ Atq; mala ui.) Hoc loco miram habet Emphaſim nouellas. Erat enim capitale uitium incidere uites maxime nouellas, & mala, inquit, falce ex aſſectu utentis malè. ¶ Et ſi non ali.) Duæ ſunt figuræ pro uerbiales, quibus intemperantem atq; impotentem rei cuiuſpiam cupiditatem ſignificamus. Vna eſt: Non capit ſomnum, niſi hoc aut illud fecerit. Altera hæc eſt, Et ſi non aliqua nocuiſſes & c. ¶ Non ego te uidi.) Epilexis eſt ſiue Epitimeſis, ſit enim cum iurgamus aut coarguimus, Fures clamorem timent, ſignificat enim hoc, cum omnis malefacti conſcientia tum præcipue furti, ut hominem trepidum reddat ac lucifugam.

Excipere inſidijs, multum latrante lyciſca?

Et cum clamarem, quò nunc ſe proripit ille?

Tityre coge pecus, tu poſt careſta latebas. Da.

4 An mihi cantando uictus non redderet ille,

Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?

epetitio Si neſcis meus ille caper fuit, & mihi Damon

Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat. Me.

5 Cantando tu illum, aut unquam tibi fiſtula cera

Iuncta fuit: non tu in triuijs indocte ſolebas

Sridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen? Da.

6 Vis ergo inter nos, quid poſſit uterq; uiciſſim

Expe

BVCO. ECLOGA III.

7 Experiamur? ego hanc uitulam, ne forte recuſes,

8 (Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere foetus.) A fertilitate & atate

Depono, tu dic mecum quo pignore certes. Me.

¶ An mihi can. & c.) Deſenſio eſt, confeſſionē enim præcedit deſenſio, ſimul etiam à τὸ πάρος ueniuſtum ſchema. ¶ Cantando tu illum.) ἀγαπῶντος, id eſt, indignatio cum eclipſi, ſimul & interrogatio, quæ frequentiffime eſt in ore iratorum, & hic locum habet τὸ πάρος figura græca. Mos fuit apud ueteres, ut ſtebile quiddam cantarent ruſtici in triuijs, idq; in honorem raptæ Proſerpinæ & Cæreris, atq; huc alluſit Virgilius, & in barbaros & in indoctos conuenit hic locus, qui quicquid faciunt, intempeſtiuè agunt. ¶ Vis ergo inter.) Occaſio eſt certaminis, & ludus quo Poeta copiam exercet.

9 De grege non auſim quicquam deponere tecum,

Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca:

Ratio.

Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hædos

Verum id, quod multo tute ipſe fatebere maius,

(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam

Fagina, celatum diuini opus Alcimedontis

Lenta quibus torno facili ſuperaddita uitis,

10 Diffuſos hedera ueſtit pallente corymbos.

11 In medio duo ſigna, Conon: & quis fuit alter,

Plin. lib. 18. cap. 31. Periphraſis.

12 Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem,

Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet?

13 Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo. Da.

14 Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,

Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.

B V Orpheaq;

P. VIR. MARONIS

aus est
culpture.
Collatio.

Orpheaq; in medio posuit, sylvasq; sequentes,
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo
Si ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. Me.
Nunquam hodie effugies, ueniam quocunq; uocaris,
Audiat hæc tantum, uel qui uenit, ecce Palemon.
Efficiam posthac ne quenquam uoce lacesas. Da.
Quin age, si quid habes, in me mora non erit ulla.
Nec quenquam fugio, tantum uicine Palamon
Sensibus hæc inis (res est non parua) reponas. Pal.

Petulantia
am repre-
hendit,
Liptotes
est & attē
io.

¶ Est mihi nanque &c.) Epitheton est nouercarum.
Hinc nouercae odium, & est Aleosis seu Iliothera, id est
aliter posita. ¶ Fagina cælatum.) Ab artifice tribuit il-
lis dignitatem. ¶ Diffusos hædera.) Argumentum à ma-
teria & forma. ¶ Orpheaq; in.) Vis eloquentiæ.

Pro-
pita per
xpolitio
em.

Dicite, quandoquidem in molli confedimus herba.
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor,
Nunc frondent sylua, nunc formosissimus annus
Incipe Damoceta, tu deinde sequere Menalca,
Alternis dicetis, amant alterna Camœne. Da.

Docilitas.

15 Ab Ioue principium muse, 16 Iouis omnia plena.
Ille calit terras, illi mea carmina curæ. Me.

Tradu-
tio.

etere ma-
is prouer-
ium est.

17 Et me Phœbus amat. Phœbo sua semper apud me
Munera sunt, lauri, & suauis rubens hyacinthus. Da.

Cotentio.

8 Malo me Galatea petit, lasciuia puella.
Et fugit ad salices, & se cupit ante uideri. Me.

Notior

BUCOLICA ECLOGA III.

Notior utiam sit canibus non Delia nostris. Da. Similitudo.

19 Parta mea Veneri sunt munera, namq; notauit
Ipse locum, aëria quò congefere palumbes. Me.

Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta
20 Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Da.

O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est?
21 Partem aliquã uenti diuini referatis ad aures. Me. Ad deorum aurem peruenit

¶ Nec quenquam fu. & c.) Beneuolentiam conciliat à
uicinitate. ¶ Et nunc om.) Descriptio temporis quo &
delitiæ sunt in agris. ¶ Alternis di.) Nihil iucundum,
nisi quod uarietas commendat, & est adgressus ex Ara-
to petitus. Munera sunt lauri.) Hoc loco alludit Virgi-
lius ad fabulam quæ est de Apolline, Ouid. lib. 1. Meta.

Quid prodest quod me ipse non spernis Amyn Liptotes.
Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo? (ta. Da. Petitio.

Phyllida mitte mihi, meus est natalis Iola;

22 Cum faciã uitula pro frugibus, ipse uenito. Me.

Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit.

Et longum formose uale, uale inquit Iola. Da. Duplicatio.

23 Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus uenti, nobis Amyrillidis iræ. Me.

Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas. Da.

Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam.
Pierides uitulam lectori pascite uestro. Me.

Pollio & ipse facit noua carmina: pascite taurum,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Da. Ab ætate & habitu dine cor-
poris.

Qui

P. VIR. MARONIS

Qui te Pollio amat, ueniat, quo te quoq; gaudet:
Mella fluant illi, serat & rubus asper amomum. ME.

Qui * Bauium non odit, amet tua carmina Meui,
¶ Triste lupus stabu.) Paradiastole, & secundum alios
figura est per Eclogam nominum. ¶ Pollio amat no.)
Pollioni blanditur patrono, quem historiarum & Tra-
gædiarum scriptorẽ fuisse Horatius testatur. ¶ Iam cor
nu pe.) Arius cornibus lasciuens. prouerbiu est. ¶ Qui
Bauium.) ἀστράμοις, uide Parcæmiam, cui ista arri dent
meis ne gaudeat, sunt & hæc duo prouerbia: Iungere uul-
pes & mulgere hircos, de re palam absurda, de hac urba-
nitate uide Quintilianum lib. 6.

Atq; idem iungat uulpeis, & mulgeat hircos. Da.

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Me. Parcite oues nimium procedere: non bene ripæ
Creditur, ipse aries etiam nunc uellera siccet. Da.

Tityre pascentes à flumine reiçce capellas,
24 Ipse, ubi tempus erit, omneis in fonte lauabo. ME.

Cogite oueis pueri, si lac præceperit æstus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis. Da.

Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in cruo?
Idem amor exitiũ est pecori, pecorisq; magistro. ME.

25 His certe neq; amor causa est, uix osibus hærent:
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Da.

Dic, quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Treis pateat cœli spaciũ non amplius ulnas. ME.

Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascentur

BUCOLICA ECLOGA III.

Nascantur flores, & Phyllida solus habeto. Pd.

Non nostrum inter uos tantas componere lites,

Et uitula tu dignus, & hic, & quisquis amores

Aut metuet dulcis, aut experietur amarus.

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

¶ Eheu quàm pingui &c.) Causam maciei dicit, & sic per
transitum ostendit suum pecus esse pulchrum. ¶ Dic qui
bus inter.) Relicto certamine proponit anigmata.

ANNOTATIONES EOANI HES.
IN ECLOGAM TERTIAM.

¶ Dic mihi Damæta.) Ad uerbum sumptus à Theocri-
ti Nomeo, qui & ipse sic incipit:

ἔπε μοι ὁ κορδῶν τίνος αἰβοῦς ἦρα φιλονδα,
οὐκ ἀλλ' αἶνον, βοσκὴν δὲ μοι αὐτῶς ἔδωκεν.

Dic precor o Corydon cuium pecus an ne Philonda.
Non, uerum Aegonis, pascentium tradidit Aegon.

2 Nouimus & qui te transuersa tuen. hircis.) Quin-
til. lib. II. cap. 2. loquens de figuris uerborum, quæ per
detraktionem fiunt, citat hunc locum, dicitq; similem il-
lis figuratis esse, in quibus decenter uerbum aliquod pud-
oris gratia subtrahitur. Negat tamen recte à ποσιόπησι
dici posse, quam reticentiam interpretantur. Nam eam
præcedenti capite, figuram seurentiarum facit. Locus
est autem ex Hodæporis Theocriti, obscurus quidem
intellectu, sed uerbis multo quàm ille Græcus uerecun-
dior. Nam hic pudoris gratia res turpis nõ nominatur,
illic manifeste obicitur.

3 Non ego te uidi Damonis pes.) Theocriti in Hodæ-
poris hi uersus sunt:

οὐκ ἀπὸ τῶν κρᾶναις σίτ' ἀμνίδες, οὐκ ἐσορῶτε
τὸν κρητὸν τῶν σύγγα τωρῶν κλέσαντα κομάταν,

Non à fonte meæ fugitis, quem nunc tenet, agnæ
Furatus nuper nostram Syringa Cometas?

4 An mihi cantando.) Quintil. lib. 9. cap. 2. inter ua-
rios

Iudicium
Allegoria

Distus
uit hic
poeta
Marcus
Bauius,
siqui ut in-
estatur
Eusebius
in Cappa-
docia
obijt.

αποσοφῆ

pr
ic

Al
el
it
C

rios modos figuratarum interrogationum & hunc po-
nit, cum scilicet confessionem præcedit defensio, ut apud
Virgilium, inquit, in Bucolicis dicenti, Non ego te uidi
Damonis pessime caprum Excipere infidus, occurritur,
An mihi cantando uictus non redderet ille?

5 Cantando tu illum? Theocritus in Hodaëporis.

τὸν ποίαν σύριγγα, τὴ γὰρ πόκα δῶλε σὺβάριζα
ἐκτάσθω σύριγγα, τὴ δ' οὐκ ἔτι σὺν κορυδαίνῃ
ἀρκεῖται καλέμας ἄλλον ποταπύσθεν ἔχοντι:

Quam Syringa mihi memoras dic serue Sybarta?
An tibi qua caneres fuit unquam fistula? Verum
Cur tibi cum calamo sit fistula facta palustri
Non satis est misero Coridona lacescere cantu?

Non ergo inter nos.) Theocritus in Bucoliastic Idyl. 8.
Χριστός δ' ἄν ἐσθέρ, χριστός καὶ θεῖνος ἀθλοῦ, Quod est.
Vis igitur certamen obire & ponere pignus?

7 Ego hanc uitulam ne.) Ibidem Theocritus.

μόχον ἐγὼ θεῶ, τὴ δὲ βίς ἰσημάτορα ἄμνον,
Hunc ego depono uitulum, tu mollibus agnum
Velleribus similem pulchræ depono parenti.

8 Bis uenit ad mulctram.) Sumptum est ex Thyrsides
hoc est, Idyl. 1. Theoc.

ἀγα τίτοι δωσῶ διδυματοῖον ἐς τρεῖς ἀμείλας
ἢ δὴ ἔχουσ' ἐρίφως ποταμείφταις δύο πέλλας?

Hanc tibi dono

Capram quæ duplici partu fecunda quotannis,
Et licet emulso binos alat ubere fetus

Bis tamen uberibus mulctram lactantibus implet.)

9 De grege non aufim.) Theocritus Idyl. 8. bucoliaistic.
οὐ θεῶ πόκα ἄμνον, ἐπι χάλειπός θ' ὁ πατήρ μευ
χ' ἄ μάτηρ, τὰ δὲ μᾶλα ποθέσσιρα πάντ' ἀριθμῶντι.

Quod est Latine:

De grege non aufim quicquid in deponere tecum,
Nam mihi difficilis pater est, & prouida mater,
Solis ad occasum numero pecus omne recensent.

10 Diffusus hedera.) Ex primo Idyllio Theocriti totū
hoc de poculo sumptum est, Nam & ille de hedera sic.

τῷ πς'

τῶς ποδὶ μὲν χεῖλη μαρῦται ὑφ' ὀθι κισθός
κισθός ἐστι χρύσω κικονισμῆτος. &c. Nos ita

Teretes qui circumfuderit oras

Extantem folijs hederam flauo Heliochryso
Distinctam, quam serpit Helix latissima circum &c.

11 Necdum illis labra admoui.) Ex eodem Idyllio est,
ubi sic habetur.

οὐδ' τί πω ποτὶ χάλῳ ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἐπι κῆται
ἔχραντορ &c.

Quod est,

Necdudum illi labra admoui, nec pocula quàmuis
Hæc mea sint tetigi, sed tantum condita seruo
Immaculata quidem &c.

12 In medio duo signa.) Nō ut opinatur Seruius Cono-
nem illum præclarum Atheniensium Ducem, sed insignem
illum Mathematicum qui sub Ptolemæo uixit, de quo
est apud Catullum in elegia Callimachi ab eodē uersa,
Omnia q magni dispexit sydera mundi &c. Et paulo post
Idem me ille Conon cælesti numine uidit

E Beroniceo ueritice Cæsariem.
Memnisse autem conuenit raro fieri, ut rusticis & pa-
storibus sermo tribuatur de Philosophis, alioqui mag-
nis rebus, quas illi non intelligant. Itaq; ut decorum
personarum seruetur, fieri hæc ferè semper cum qua-
dam excusatione: igitur adiecit.

13 Et quis fuit alter.) Eudoxum, inquit Seruius, aut
Ptolemæum, aut Aratum significat, suum igitur deco-
rum pastori tribuit, qui cum uix unum nomen expresse-
rit, alterum non inuenerit &c.

14 Et nobis idē Alci.) Irrisio est ex iteratione: nō enim
ut laudet pocula, sed ut si ad uitulam conferantur, uilia
existimentur. Quam figurā sumpsit, opinor, à Theocri-
to, apud quē Idyllio octauo, cū dicat Menalcas de positu-
rum se pignus fistulā nouem uocū, respondet Daphnis,
omnia ferè quæ ille dixerat iterādo, se quoq; habere ta-
lem fistulam, ac per omnia similem, ut & hic Damæras
de poculis. Rem enim hic mutauit tantum. (Idyl. 17.)

15 Ab Ioue princi.) Theocritus in Encomio Ptolemæi
in Aiois

IN P. VIRGILII MARONIS BV

ἢ διὸς ἀρχόμεθα, ἢ εἰς διὰ λήγει μοῖσα

Quod ad uerbum est:

Ab Ioue suscipite inq̄ Iouem concludite Musæ

Sumptum est autem hoc principium ab Arato quod Phenomena sua sic orditur. Hinc & Statius, Ab Ioue principium magno deducit Aratus. Quod uero dicit,

16 Iouis omnia plena.) Catholica est sententia, quam ipse in sexto Aeneidos fuluis exequitur illo loco,

Principio cælum & terras camposq̄ liquentes Spiritus intus alit & c. Cuius loci interpretationem uide apud Macrobi. super Hom. lib. 1. capite 14. Lucretius quoq̄ idem dixit

Iuppiter est quodcumq̄ uides, quocumq̄ moueris.

17 Et me Phœbus amat.) Theocritus in Hódæporis

ἢ γὰρ ἐμὲ τῶν πολλῶν φίλιε μέγα, ἢ καλὸν ἀντὶ φερῶν ἐγὼ βόσκη, τὰ δὲ κάρνια καὶ δὴ ἐφέρομαι.

Et me Phœbus amat multum, Phœbo mihi pinguis Pascitur hic aries, dum Carne sacra propinquant.

18 Malo me Galatea.) Ibidem Theocritus:

βάλλει ἢ μάλοισι τὸν αἰπιλον ἀκλιάρισα

τὰς ἀγὰς παρελῶντα, καὶ ἄδύ τι πρὸς πυλίσσῃα.

Malis me Clearista petit, dum fortè capellas

Propello, & suauis dulci canit ore susurros.

19. Parta meæ Veneri sunt mun.) Ibidem Theocritus

μῆγά μὲν δώσω τῶν παρτένω ἀπὸ τῆς φάσσαν,

ἢ τὰς ἀρκύντας καθελῶν, τίνην γὰρ ἐφίσηται.

Ipsæ meæ dominæ dabo munera grata palumbum

Ex hac Iunipero rapiens, nam confidet illis.

20. Aurea mala decem.) Theocritus in Comaste.

ἢνὶ δὲ τοὶ δέκα μάλα φέρω τινῶνθε καθῆλον

ἢ μὲν ἐκλεῖν καθελῶν τῶν ἄριον ἄλλα τοὶ οἰσῶ.

En uero hæc tibi mala decem, tua munera, porto

Arboribus decerpta illis quibus ipsa uolebas,

Altera cras dabimus.

Partem

ANNOTATIONES EOBANI HESS.

21 Partem aliquam uenti diuum ref.) Theocritus in Thalyssis.

καὶ ἀνὸς ἰδὴ θρόνον ἀγαγε φάμα & c.

Coheret uero cum eo quod præcedit, & est,

Me quoq̄ Musæ

Multa quidem docuere, altri iam cognita fama

Ante thronum Iouis & c.

22 Cum faciam uitula pro frugib.) Macro. Sat. li. 3. c. 2. inter multa quibus locum hunc exponit, hoc etiam addit, Vitulam Deam uocatam fuisse, quæ præsit lætitiæ, Vnde quidam, inquit, nomen eius animaduertum putant, quod potens sit uitæ toleradæ. Inde huic Deæ pro frugibus sacra fieri dicuntur, quia frugib. uita humana tolerat. Vnde hoc esse animaduertimus quod ait Virg.

Cum faciam Vitula pro frugibus ipse uenito, ut uitula dixerit pro uitulatione, quod nomen sacrificij est. Meminerimus tamen sic legendum, Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito, id est, cum faciã rem diuinam, non oue, non capra, sed uitula: tanquã dicat, cum uitulam pro frugibus sacrificauero, quod est: cum uitulam rem diuinam fecero.

23 Triste lupus.) Simile est apud Theocritum Idyl. 8.

δένδρῳσι μὲν χειμῶν φοβερὸν, κακὸν ἴδασσι δ' ἀυχμὸς,

ἔρῳσι δ' ὕσπλαγγε, ἀγροτέροις δὲ λῖνα.

Arboribus mala pestis hyems, incommoda terræ

Ariditas ceruis retia, fuscus aui.

Nam hoc in loco Græcus Poëta usus est Elegiaco carmine. Quod nos quoq̄ imitantes, ut oportuit, non omnino uerbum uerbo reddidimus, contenti sensum explicasse.

24 Ipse ubi tempus erit.) Theocritus in Hódæporis:

ἀγῆς ἐμαὶ θαρσαῖτε κερούχιδις, ἀურიον ὕμμες

πάσασι γὰρ λουσῶν συβαρίτιδος ἐνδοθὶ κρῆνας.

Cornigeræ nunc ergo meæ sperate capellæ

Cras ego uos omnes Sybaritidis amne lauabo

Fontis & c.

25 Vix ossibus hærent.) Theocritus in Nomco:

C

τῆνης

P. V. M. MANTVANI

τῆνασ ἰδὺ λῆτοι τὰς πόρτιος ἀντὰ λήθηται

τ' ὀσεία, μὴ πρῶτασ στήσεται ὄσασσ' ὀ τ' ἔπῃ

Illius ipsa quidem superant uix ossa iuuenæ

Nunquid ut æstiuæ rorem sub sole Cicadæ

Aërium gelidas depascitur illa per herbas?

Fascinare autem uerbum quod priore uersu ponitur, à Græco est βασκαίνειν, hoc est, inuidere, ut autor est Gellii. noctium att. 16. cap. 12. quonia ex inuidia quempiam fascinamus, id est, præstringamus oculos, hoc enim ferè fascinare est. In qua sententia est & Petrus Mosellanus, hunc locum Gellianū explicans, uir ut in uita olim summa mihi coniunctus amicitia, sic nunc quoq; omni honorificentissimæ recordationis officio ac pietate profectus, & ut ne quid priuatis adfectibus indulgeam, quantum eo uiro amisso recta studia, hoc tempore maxime periclitantia, præsidium amiserint, & docti omnes sentiunt, & superuacaneum est queri, quando querelis talium rerum, adeo nihil proficitur, ut etiam ingrata sint. Sed ut redeam eò, ualde digressus sum, non uideatur id significatum huic loco conuenire, sed potius id esse fascinare, spiritu quodam noxio ex oculis alienis in corpus eius qui fascinetur penetrante, ipsūque male affici, & ceu morbo quodam consumi, ac tabescere, & hoc est quod dicit. Oculis mihi fascinat agnos. & cæte. De qua re longior esse non uolui, quòd sciam eam rem ab alijs multis etiam commentarijs traditam. Vide infra, Dum rore cicadæ &c.

ARGUMENTVM.

Afinius Pollio ductor Germanici exercitus, qui cum post Salonas Dalmatiæ ciuitatē meruisset lauream, deinde & adeptus fuisset consulatum, eodem anno filium suscepit, cui nunc Virgilius scribit Genethliacon, & miro artificio transfulit Poeta argumentum à Pollionis filio ad laudem temporum seu imperij Augusti, quo imperante, planè rediret aureum quoddam seculum, dum

scilicet

BUCOLICA ECLOGA IIII.

scilicet quiescerent à bellis, undiq; omnia florent optimaq; artes, & honos esset ingenijs plurimum possent & apud principem & in re publica, qui optimi erant.

ECLOGA QUARTA,
POLLIO.

Sicelides Musæ paulo maiora canamus:
Non omnes arbusta iuuant, humilesq; myricæ,
Sic animus syluas, syluæ sint consule dignæ.

Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.

Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna. — 15

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum

¶ Sicelides musæ & c.) Deprecatur errorem, si sublimius quàm pastoris res requirit, canat, & à bucolica humilitate Musas inuocat. ¶ Magnus ab inte.) Temporū felicitas ad imperatoris laudem pertinet.

Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.

Castasau Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Teg; adeo decus hoc æui, te consule inibit

Pollio, & incipient magni procedere menses.

Tè duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,

Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ille deū uitam accipiet, diuisq; uidebit

Permixtos heroas, & ipse uidebitur illis:

Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.

C ij At

Inuocatio cum propositione

Ad carmina Sibyllæ alludit.

ἐπιστολῆ.

Conducatio.

P. VIR. MARONIS

ertit fer
onē ad
uerum. Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Illusio ad
ureum se
ulum. Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsa lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & serpens, & fallax herba ueneni
Occidet, Assyrium uulgo nascetur amomum.
Adulescen
ia. At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere uirtus,
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit sentibus uua.
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt prisca uestigia fraudis,
Quæ tentare Tethym ratibus, quæ cingere muris
¶ Quæ tētare Tethym.) Specialia pro generalibus ponit.
Oppida, quæ iubeant telluri insindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argō
Delectos heroes: erunt etiam altera bella.
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
uuentus. Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas,
Cedet & ipse mari uestor, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
opia. Non rastros patietur humus, non uinea falcem,
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator.

Nec

BVCO. ECLOGA IIII.

Nec uarios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam crocco mutabit uellera luto.
Sponte sua sandyx pascentis uestiet agnos.
Talia secla suis dixerunt currite susis
Concordes stabili fatorum numine Parca.
Aggredere ò magnos (aderit iam tempus) honores
Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum
Aspice uenturo letentur ut omnia seclo.
O mihi tam longæ maneat pars ultima uitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta:
Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atq; huic pater adsit,
Orphæi Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.
Incipe parue puer risu cognoscere matrem.
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
2 Incipe parue puer, qui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

INECLOGAM QVARTAM

Annotationes Eobani Hesi.

C iij Sicilia

Hypallag.

Perorati

Exhortatio ad Augustum. A toto ac partes.

Exclamatio.

Ab exemplis amplificat, & exaggeratio.

ἄλογον. i. retractio uel implicatio

ANNOT. EOBANIHES.

7 Sicelides Musæ paulo maiora canamus.

Huius Eclogæ argumentum tale ferè est. Asinius Pollio, orator insignis, & sub Augusto dux Germanici exercitus, post captas à se in Dalmatia Salonas urbem, cum triumphasset ad Consulatum est euectus, paulopost filium genuit, quem à captis Salonis, satis arroganti, ut tum ferebant mores, appellatione, Salonium nominauit. Huic recens nato in gratiam patris, cum potens apud Augustum esset, & cum primis Poetæ ingenium admiraretur, foueritq; Genethliacon decantat hac Ecloga, quæ ex magna parte est allegorica: quod ipsum tamen apud hunc poetam in hoc quidem carmine, nec passim nec nusquam fieri obseruandum est, simulq; Augusti, Pollionis, & pueri Saloni laudationes continet. In cuius prima parte hoc obseruandum est, quòd quæ de aduentu & natiuitate Christi, Sybillæ quædam maxime Cumæ prædixerant, ut Augustinus, Lactantius, Eusebius, & cæteri meminere, Poeta eius Theologiæ ignarus, felicitati imperij Augusti adscribit. Primo igitur argumenti grauitatem excusat, quòd eo paulo sublimiori hic uti coactus sit, quæ permittat pastoralium sermonum simplicitas. Cum id minime uideat se cisse Theocritum, quem imitatur, qui tameris & ipse quoq; laudes fortium uirorum celebrat, simplicitatem tamen & sine omni figura perpetuo id agit. Quod cum huic nostro haud quaquam propter argumenti, cui seruire coactus est, sublimitatem permitteretur, hanc Eclogam sicut alias quoq; duas summa cum modestia, metuens scilicet ne parum rusticæ uiderentur, honesta confessione præmunit dicens, Sicelides Musæ & c.

Multa præterea fuerant in hac commentarios scripturo adnotanda circa uoces, figuras & sententias, quod quia nequaquam instituimus, & tantum polliciti sumus locos Theocriticos, & quosdam etiam & à doctis obseruatos & obseruari dignos indicare, adiciamus eum qui in fine est huius Eclogæ.

Incipe

P. VIR. MARONIS BV. ECLO. V.

2 Incipe parue puer &c.) Nota est Seruij in hunc locum fabulosa expositio. Quintilianus certe libro 9. ca. 3 sic exponit, Ex illis qui nõ risere, nec hunc dignatus Deus nec dignata Dea, ut nõero plurali singularis figurate subiungatur. Quid uero significet Deum dignari mensa, & Deam cubili aliquem, Politianus docet, per deum Genium, per Deam Iunonem intelligendam esse, probans aliquot exemplis: nam singuli Genij singulaq; Iunones singulis hominibus attribuuntur, Genio mensa, Iunoni cubile seu lectus conuenit, habes apud Politianum Misc. Cent. LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Poeta desit mortem Iulij Cæsaris tribus & uiginti uulneribus in senatu à Bruto & Cassio confossi, idq; sub persona Daphnidis, quem fingit Theocritus deserui à Thyrside pastore, hunc imitatus est Virgilius in hac Ecloga.

ECLOGA QVINTA, DAPHNIS

Menalcas, Mopsus.

Cur non Mopse, boni quoniam cõuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueis, ego dicere uersus,
Hic corylis mistas inter confedimus ulmos? Mo.

Tu maior: tibi me est æquum parère Menalca.

Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras,

Siue an tro potius succedimus, aspice ut antrum

Syluestris raris sparsit * labrusca racemis. Me.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Mo.

¶ Tu calamos inflare.) Figura est per præpositionem quasi in calamos. ¶ Tu maior.) Ab ætate atq; adeo ab æq; * Vtus hic fœminino genere, qui genere neutro plurali numero dixit in Culice: Denfcaq; uirgultis sparsit labrusca racemis.

Commen-
datio an-
tri.

C iiii Quid

P. VIR. MARONIS

- arrogā
es.
Argumen
ta cantile
narum.
Vide Iu
stinum.
- Compa
ratio Bu
colica.
- Proposi
tio.
- hypoty
pofis.
- Gesta.
- Compara
tiones Bu
colicæ.
- Quid, si idem certet Phœbū superare canendo? Me.
 Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis igneis,
 Aut Alconis habes laudes, aut iurgia * Codri.
 Incipe, pascentis seruabit Tyrus hœdos. Mo.
 2 Imò hæc in uiridi nuper quæ cortice fagi
 Carmina descripsi, & modulans alterna notauī,
 Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas. Me.
 Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
 Puniceis humilis quantum saliuca rosetis,
 Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
 Sed tu desine plura puer, successimus antro. Mo.
 3 Extinctum nymphæ crudeli funcre Daphnim
 Flebant, uos Coryli testes, & flumina nymphis,
 Cum complexa sui corpus miserabile nati,
 Atq; deos, atq; astra uocat crudelia mater.
 Non ulli pastos illis egere diebus
 4 Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neq; amnē
 Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam,
 Daphni tuum pœnos etiam ingemuisse leones
 5 Interitum, montesq; feri, syluæq; loquuntur.
 Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
 Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,
 Et folijs lentas intexere mollibus hastas.
 6 Vitis ut arboribus decori est, ut uitis uuæ,
 Vt gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis,

Tu deo

BV COLI. ECLOGA V.

- Tu decus omne tuis, postquam te fata tulerunt,
 Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.
 Grandia sepe quibus mandauimus ordea sulcis,
 Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
 Pro molli uiola, pro purpureo narcisso,
 Carduus, & spinis surgit * paliurus acutis.
 Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras
 Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
 Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen,
 Daphnis ego in syluis, hinc usq; ad sydera notus,
 Formosi pecoris custos, formosior ipse.
 7 Tale tuum carmen nobis diuine poëta,
 Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
 Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
 Nec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrum.
 8 Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
 Nos tamen hæc quocunq; modo tibi nostra uicissim
 Dicemus, Daphnimq; tuum tollemus ad astra,
 Daphni ad astra feremus, amauit nos quoq; Daphnis.
 An quicquam nobis tali sit munere maius? (Mo.
 Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
 Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis. Me.
 Candidus insuetum miratur limen olympi,
 Sub pedibusq; uidet nubes, & sydera Daphnis.
 Ergo alacris syluas, & cætera rura uoluptas,

Copia.
* Seruius
herbam,
Theo. fr
ticæ. Plin
arborem
esse dicūt

Epitaphi
Daphni
dis.
Compar
tio.

Condupli
catio.
Publici
honores.

Clausula

C V Panaq;

P. VIRG. MARO, BVCO.

Panaq; pastoresq; tenet, Dryadesq; puellas.

¶ Tale tuum car.) Commendatio carminis. ¶ Iampr̄ dem Stim.) Ad extenuationem hæc laus refertur.

Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus ocia Daphnis.

Repetitio

Ipsi lætitia uoces ad sydera iactant
Insonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,

πρὸς δὲ θεῶν
Inuocatio

Ipsa sonant arbusta, deus deus ille Menalca.

Sis bonus ò felixq; tuis. en quattuor aras:

Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo.

9 Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,

Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui:

10 Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho.

Ante focum, si frigus crit: si mæsis, in umbra.

Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.

Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon.

Saltantis satyros imitabitur Alphefibeus.

Hæc tibi semper erunt, & cum solennia uota

11 Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit, 118

12 Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,

Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

Vt Baccho, Cereriq; tibi sic uota quotannis

15 Agricole facient, damnabis tu quoq; uotis. Mo.

Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?

Ipsa

ANNOTAT. EOBANI HESS.

¶ Ipsa sonant ar. &c.) Congeminatio facit uehementem affirmationē. ¶ Hæc tibi semper.) Peroratio à tempore, à circumstantiis, à necessariis, aliâs sæpe ab impossibilibus.

Nam neq; me tantum uenientis sibilus austru,

Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ

Saxosas inter decurrunt flumina ualles. Me.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.

Hæc nos, formosum Corydon ardebat Alexin:

Hæc eadem docuit, Cuium pecus, an Melibœi? Mo.

At tu sume pedum, quod me cum sæpe rogaret,

Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari,

Formosum paribus nodis, atq; ære Menalca.

Comparationes Bucolicæ,

Commentatio.

Remuneratio.

IN ECLOGAM QVINTAM

Annotationes Eobani Hes.

1. Cur non Mopse boni quoniam con.

DVo amici pastores hac Ecloga introducuntur, alternatim laudantes, cedentesq;: qua ex re occasione captat Poëta scribendi Ephitaphion, quod omnino ἀλλυγορίως accipiendum est, uel Iulio Cæsari pauloante quàm hæc scriberet Romæ in senatu interfecto, quod ipsius argumenti materia satis uideatur indicare: uel Quintilio cognato suo, ut ait Seruius, cuius mortem immoderate lugebat, qua de re elegans est carmen Horatij primo Odarum: uel fratri Flacco, cuius immaturum obitum sub nomine Daphnidis deplorat. In quam sententiam extat illud peruulgatum, uerum ἐὸς ἀλλόγ.

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem Dñs immortalibus æquas.
Verum

ANNOT. EOBANI HES.

Verum in re dubia parū refert quam quisq; sequatur
opinidē, hoc maxime loco, qui citra omnem iacturā
uel ueritatis rei, uel sententiæ carminis potest uenire in
contentionem. Meam tamen sententiam, si quis requir-
rat, cam esse sciat quæ illis assentiatur, qui Iul. Cæs. po-
tius quàm quemuis alium hic intelligendū existimant.
Nam & crudeli funere interemptum dicit, & Armenias
tigres curru iunxisse, hoc est, Liberi patris sacra inhi-
tuisse Cæsar dicitur, & ἀποθνήσκω facit, & diuinos illi ho-
nores decernit, quæ omnia satis constat de Cæsare dici
uerius, quàm de alio quouis posse.

2 Imò hæc in uiridi.) Theocritus in Thalyssis.

ὄρι φίλος ἔργοι ἄριστοι

τοῦδ' ὅ,τι πρῶν ἐν ὄρει δ' ἐκείδριον ἔξ υπάνασσα,

Cognosce igitur si forte placebunt

Carmina, quæ patrio iam dudum in monte coëgi.

Virgilium imitatus est T. Calphurnius sic,

Sed quæ nam sacra descripta est pagina fago,

Quam modo nescio quis properanti falce notauit.

3 Extinctum Nymphæ.) Ex primo Theocriti immu-
tato nonnihil argumento sumptus est locus, sed uarie
tamen etiam ex alijs mistus. Nam quod ait,

4 Nulla neq; amnem libauit.) Ex Nomeo eiusdem est,
in quo hic est uersus:

ἢ μὲν δειλῶ ἄγει, ἢ οὐκέτι λῶντι νύ μιν ὄσθω.

Nempe satis miseræ, namq; ultra pascere nolunt.

Quod ipsum alibi copiosius uertimus, sic:

Nempe satis miseræ, desyderio illius agræ

Gramina non carpunt, nec pabula nota requirunt.

5 Daphni tuum pænos etiā.) Theocritus in Thyrsidæ.

ἦνον μὲν θῶες, τίνον λυκοὶ ἀρύσσωτο,

τίνον χ' ἄλδρι μοῖδ' ἄλεων ἀνέκλαυσε θανόντα.

Illum omnes fleuere feræ, fleuere lupiq;

Pantheræq;, nec illius impia flentes

Funera syluestres ignorauerunt leones.

6 Vitis ut arboribus.) Theocritus Idyl. 3.

τὰ δ' ἄρι

IN. P. V. M. MANTVANI BV.

τὰ δ' ἄρι τὰ βαλάνοι κόσμος τὰ μάλιδι μᾶλα

τὰ βοὶ δ' ἢ μὸχο. ἴσθ' βωκόλω εἰ βόεις ἄντ

Illicibus glandes, pomo sunt poma decori,

Taurorum uituli, pastorum gloria tauri.

7 Tale tuum carmen nobis.) Theocritus in Thyrside,

seu Idyl. 1.

ἄλιον ὃ ποιμὸν δ' τὸν μίλθ' ἢ ἢ κατα χεῖς

τὴν ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλίβεται ὑψὸν ὕδωρ.

Tale tuum carmen nostræ iucundius auri,

Quàm quæ præcipitans alta de rupe suauī

Murmurat unda sono.

8 Nec calamis solum æquip.) Videtur de Theocrito
dicere ac seipso, quasi se futurum ab eo secundum.

9 Pocula bina nouo spum.) Theocritus in Hodæro.

σασῶ δ' ἐκρητῆρα μίκαν λευκοῖο γάλακτ'.

τᾶς νύμφας σασῶ δ' ἐκρητῆρα μίκαν λευκοῖο γάλακτ'.

Ipse nouem statuum magnum cratera camænis

Lacte redundantem niueo, iuxtaq; reponam

Mox alium prædulci olei liquamine plenum.

Et mox.

σασῶ δ' ὀκτὸς μῶν γαυλῶς ἴσθ' ὡνὶ γάλακτος.

ὀκτὸς δ' ἐκαφίδας μίλιτ' πλῆα κηρὶ ἔχοισας.

In ipso Idyllio à nobis uerso sic, Bis quatuor inde

Constituam situlas magno libamina Pani

Lacte mero plenas, totidem plenos redolenti

Melle scyphos, plenumq; fauorum nectar habentes.

10 Et multo in primis.) Totus hic locus est apud The-

ocritum in Thalyssis, hoc est, Idyl. 7.

δ' ἢ πηλεασκίον οἶνον ἀπὸ κρητῆρος ἀφυσῶ,

τὰρ πυρὶ κεκλιμένος, κύαμον δ' ἐκ τῆς πυρὶ φρυξῆ.

χ' ἢ σιβάς ἐστᾶται πεπνησμένα, ἐς ἄλῃ πᾶχυν

κνήσῃ, ἀσφοδέλω τὲ πολυεξέμῃ τὲ σελίνω

κῆρ, τῶν μαι μαλακῶς μεμνημένος ἀστέανου,

αὐτῶν κηρὶ κηρὶ δὲ τρυγῶν χεῖρας ἐρείδων.

ἀνδρῶν

P. VIR. MARONIS

αὐλοσύνῃ ἢ μοι δὴ οὐκ ἔστι μιν εἰς ἄλλο ἀχαρῆνός
 αἰς δὲ λυκωπίτας &c. Quod nos ita totum ipsum Idyllion
 uertentes expressimus.

Inde hæc uina bibam pateris Preleatica plenis
 Ante focum residens, aliquis mihi grata fabarum
 Segmina de focis calido torrebunt in igne.
 Lectus erit uero uarijs densissimus herbis
 Cnyfa; Asphodelo; reflexibili; Selino.
 Molliter ipse bibam chari memor Ageanaetis,
 Euacuans plenos toto crateras Iaccho,
 Donec in allapsis immergam fecibus ora.
 Pastores duo cantabunt, quorum hic sit Acharnan
 Ille Lycopetes.

11 ¶ Et cum lustrabimus agros.) Macrobius ex 3. Satuf
 naliū cap. 5. hæc sunt uerba: Ambarualis hostia est, ut
 ait Festus Pomp. quæ rei diuinæ causa circum arua duci
 tur ab ijs, qui pro frugibus faciunt, huius artificij men
 tionem habet Virg. in Bucolicis, ubi de Apotheosi Daph
 nidis loquitur. Hæc tibi semper erunt & cum f. u. Red.
 Nymph. & cum lustr. agros. Vbi lustrare significat circū
 re: hinc enim uidelicet & nomen hostiæ acquisitum, ab
 ambiendis aruis. Sed & in Georgicōn lib. 1. Terq; nouas
 circum felix eat hostia fruges.

12 Damnabis tu quoq; uotis.) Idem Macrobius eodem
 libro cap. 11. citans illum locum ex 5. Aeneid. Vobis læ
 tus ego hoc candentem in littore taurum Constituam
 ante aras uoti reus &c. Reus, inquit, uoti uocatur, qui
 suscepto uoto se numinibus obligat. Damnatus autem,
 qui promissa uota iam soluit.

13 ¶ Dum rorem Cicadæ.) Rorem pasci cicadas adnotatum
 supra est ex Theocriti Nomeo ibi, Vix osibus hærent,
 μη πρῶνός οἱ τίς τετα ὤσσει ὃ τῆς ἡ;

Nunquid rorem depascitur ut Cicada?
 Hic adiciendum quod Plinius nat. hist. libro. 11. cap. 26.
 quidam illis aculeatum ait esse in pectore, quo rorem
 lambant, & excitatæ, inquit, cum subuolant, humorem
 reddunt, quod solum argumentum est rore eas scē uesci.

Argu

BUCOLICA ECLO. VI.
 ARGUMENTVM.

Hæc Ecloga scripta est in honorem Vari, ceterum con
 tinet executionem sectæ Epicuræ, quam didicerat Vir
 gilius unâ cum Varo à Sirone. sub cuius persona Sile
 num inducit. Porro insignem locum habes in hac Eclo
 ga, descriptionem Sileni, Epicuræ & uoluptuariæ uitæ,
 cuius omnis ratio in comotationibus, somno, amoris
 bus & cantu consistebat, de hoc Sileno plura Diodorus
 Siculus in 5. narrat, tradens hunc Bacchi studiorum for
 matorem fuisse.

* Inscriptio huius Eclogæ in Romano codice ad hunc
 modum habet, Faunorum, Satyrorum & Syliuanorum
 delectatio.

1 ECLOGA VI. SILENVS.

PRIMA Siracusio dignata est ludere uersu
 Nostra, nec erubuit syluas habitare Thalia.

Cum canerem reges, & prælia, Cynthia aurem
 2 Vellit, & admouit: pastorem Tityre, pingues

¶ Cum canerem reges. &c.) Pars attentionis, aurem
 uellere prouerbiū est.

Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

Nunc ego (nanq; super tibi erūt qui dicere laudes
 * Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)

Agrestem tenui meditabor arundine musam.

Non iniussa cano, si quis tamen hæc quoq; si quis

Captus amore leget, te nostræ Vare myrica,

Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior ulla est,
 Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Pergite Pierides. Chromis & Mnasyllus in antro
 Silenum pueri somno uidere iacentem,

Infla

ἀποσοφῶ.
 * Varum
 hunc pu
 rant eun
 dem fuisse
 quem flo
 rarius, Va
 rium ap
 pellat.
 Attention
 nis pars.
 Inuocatio

P. VIR. MARONIS

figura p
accusati
uum.

Inflatum hesterno uenas, ut semper, iaccho,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant:
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sepe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis ex uincula fertis.

παλιλαγία
id est, re-
gressio.

Addit se sociam, timidisq; superuenit Aegle,
Aegle Naiadum pulcherrima: iamq; uidenti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens, quod uincula nequitis inquit,
Soluite me pueri, satis est potuisse uideri.

Non iniussa &c.) Obiectionem diluit, & se in sinuat.
(Et grauis attri.) Cantharus libero patri tribuitur, si-
cut Cyphus Herculi, Carchesii Ioui. (Aegle Naiadū.)
Aegle, id est splendor, ideo addit pulcherrimam Nym-
pham, ut plenam festam Epicureorū exequatur. (San-
guineis fron.) Vide prouerbium, Os sublinire.
Carmina quæ uultis cognoscite, carmina uobis,

Minatur
stuprum.

Huic aliud mercedis erit, simul incipit ipse.
Tum uero in numerum Faunosq; ferasq; uideres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

Similitu-
do.

Nec tantum phoebō gaudet Parnassia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphed.
Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.
Nanq; canebat, uti magnum per inane coacta

αλλοσύνδε
τορ.
Allusio
ad chaos.

Semina, terrarumq; animæq; marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.

Tum

BUCOLI. ECLOGA VI.

Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iamq; nouum terræ supeant lucessere solem,
Altius atq; cadant summotis nubibus imbres.
Incipiant syluæ cum primum surgere, cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.

(Huic aliud merce.) Obserua hoc loco castitatem poë-
tæ, nam his uerbis interminatur sese uiciaturum nym-
pham. (Et liquidi simul.) Allusio ad opinionem Epicu-
ri, qui duo ponebat principia, Corpus & inane, omne
enim quod est, aut continet aut continetur. Corpus uo-
luit esse ατομὸς, id est, quasdam minutissimas partes, quæ
sectionem non recipiunt. Inane uero esse uoluit spaciū,
in quo sunt άτομῶν. Ex his quatuor elementa creati uo-
lunt, ignem, aërem, aquam & terram.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos Saturnia regna,
Caucasæsq; refert uolucres, furtumq; Promethei.
His adiungit Hylam, nauæ quo fonte relictum
Clamassent, ut littus Hyla Hyla omne sonaret.

Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaën niuei solatur amore iuueni.
Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit?
Proetides implerunt falsis mugitibus agros,
At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,
Et sepe in leui quæ sisset cornua fronte.
Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras,
Ille latus niueum molli fultus hiacintho

Hypoty-
pōsis.

D ilice

IN P. VIR. MARONIS BVCO.

dicturum pollicetur: & quoniam ille Epicureus fuit, ut ait Seruius, ideo existimatur & Epicuram sectam in hac Ecloga expressam: quod Silenum Bacchi nutricium & pedagogum, deum ebrium & semper temulentum, quasi uoluptatis potandi symbolum inducit: duos uero Satyros quos in Venerem procliues & salacissimos credidit antiqitas, quibus & eo nomine Nympham adicit formosam & lasciuam, significat enim αἴελα splendorem, cui deus bene potus minatur stuprum: præterea & Satyros canendi studiosos fuisse scimus, ideoque illis carmen promittit, ut nihil hic omnino desit, quod bestialē illam uoluptatem relinquat imperfectam: quamuis & canendi uoluptas si sola & sine reliquis lenocinijs adhibeatur, iure optimo possit honestissima dici. Reliqua quæ ab eo de rerum primordijs & mundi ortu canuntur, de sententia Epicureorū sunt in uacuo atomos, id est, infecabilia corpuscula insuantes mundum constituisse, quod & Democritus affirmat. Qua de re quæ sint uariæ ac diuersæ Philosophorum opiniones, haud quaquam præsentis instituti est disserere, quandoquidem nec commentarios, sed adnotationes tantum scribimus. Illud itaque non dissimulandum, quod in quibusdam exemplaribus sic legitur. Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea. Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. Vbi ultimum uersum supposititium esse, & ab impudenti quopiam plagiario adiectum, uel id satis argumenti est, quod nomen Silenus nusquam, quod sciam, apud idoneos saltem prima breui reperiatur, uerū ut apud hunc semper longa. Præterea nec quicquam Virgilianæ ueng *χρῆς τῆς φράσεως* redoler hic uersiculus. Nec sententiam impedit, quod relatiuum quantum non est adiectum antecedenti aduerbio tantum. Cum illud & intelligi possit comode, & inueniatur hoc sine illo sæpe positū, ut in proxima Ecloga:

Nam neq; me tantum uenientis sibilus austru
 2 Cynthius aurem.) Videto Eras. in Prouerbio, Aurem uellere.

Vt licet

ANNOTAT. EO BANI HES.

3 Ut littus Hyla. Idyllion Theocriti 13. quod inscribitur Hylas, hanc fabulam amissi et à Nymphis rapti Hyle continet, quod breuiter hic attigit.

4 Tum canit Hesperidū. Et hic breuiter attigit, quod apud Theoc. in Comaste, seu Amaryl. paulo latius indicatur his uerbis:

ἰππωμένους θύα δὴ τὰν παρθένοι ἠθέλε γάμαι,
 μᾶλ' ἐν χερσὶν ἰδὼν, δρόμον ἄνυν, ἀδ' ἀταλάντα
 ὡς ἴδεν ὡς ἐμᾶν ὡς ἐς βαθὺν ἄλλει' ἔρωτα,

Quod est Latine,

Et sanè Hippomenes Atalantæ captus amore

Mala ferens manibus calida decurrit arena,

Quem iugo interea rapido præuertere cursu,

Vt uidit perijtque profundumque hausit amorem.

5 Tum canit errantem. In Bucolico carmine maxime tres amicos apud Aug. potentes celebrauit, Pollio nem, Varum & Gallum, quem hic Poëtam fuisse dicit, atque id muneris à Musis ipsi non secus, ac Hærodum accepisse, cuius amores ultima Ecloga celebrat. Hic est ille Gallus, cuius & Plinius in Epistolis mentionem facit, scribitque legisse se libros eius de comparatione eloquentiæ patris Pollionis, huius enim filius hic Gallus fuit & Ciceronis, in quibus ausus sit patrem eloquentia Ciceroni prætulisse, de quo & ipsius uersus sunt:

Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti

Ausus de Cicerone daret palmamque decusque,

Lascium inueni lusum Ciceronis &c.

Contra quem in defensionem Ciceronis scripsit Claudius Imp. Extat locus Ep. lib. 7. plura de hoc Gallo dicentur Ecloga ultimā.

ARGUMENTVM.

Exemplum copiam hic nobis exhibet Poëta, perinde ac in tertia Ecloga fecit. Insuper cōtentionem duorum pastorum habet Corydonis & Thyrsidis.

ECLOGA SEPTIMA, MELIBOEVS

Corydon. Thyrsis.

D in Forte

P. VIRG. MARONIS

Exordii
quo præ-
iudic cer-
tamini.

F Ortè sub arguta confederat ilice Daphnis,
Compulerant que greges Corydon & Thyrsis
in unum:

Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.

2 Ambo florentes etatibus, Arcades ambo,

Et cantare pares, & respondere parati.

Huc mihi, dum teneras descendo à frigore myrtos,

Vir gregis ipse caper deerauerat, atq; ego Daphnè

Aspicio: ille ubi me contrà uidet, ocius inquit,

Huc ades ò Melibœe, caper tibi saluus, & hædi,

Et siquid cessare potes, requiesce sub umbra.

Huc ipsi potum uenient per prata iuueni.

Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas

3 Mintius, eq; sacra resonant examina quercu.

Quid facerè: neq; ego Alcippè, nec Phyllida habebã,

¶ Compulerant & gre.) Distributio, festiua tractatio.

¶ Ambo florentes.) Ab inanimato ad animatum meta-

phora. ¶ Vir gregis.) Acyrologia in dictione Vir.

Depulsos à lacte domi que clauderet agnos,

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.

Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

Alternis igitur contendere uersibus ambo

Cœpere, alternos musæ meminisse uolebant.

Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis, Co.

Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen.

Quale meo Codro, concedite: proxima Phœbi

Versis

BV COLI. ECLOGA VII.

Versibus ille facit: aut si non possumus omnes,

Hic arguta sacra pendebit fistula pinu. Thy.

Pastores hedera crescentem ornate poetam

Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro.

Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem

Cingite, ne uati noceat mala lingua futuro. Co.

Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,

Et ramosa Mycon uiuacis cornua cerui.

Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota

Puniceo stabis suras cuiuncta cothurno. Thy.

Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis

Expectare sat est: custos es pauperis horti.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu

Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto. Cor.

Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblæ,

Candidior cygnis, hedera formosior alba.

¶ Puniceo stabis &c.) Prouerbiū est, Versatilior co-

thurno. ¶ Nerine Gala.) Dulce pathos amœnitatis.

Cum primum pasti repetent præsepia tauri,

Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito. Thy.

Immo ego Sardois uidear tibi amarior herbis,

Horridior rusco, proiecta uilior alga,

Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est,

Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuueni. Cor.

4 Muscosi fontes, & somno mollior herba,

D iij Et

Di distribu-
tio cum
amplifica-
tione.
Locus ar-
rogantiae.

Decorū.

Votum.

Insinua-
tio.

Relatio
dissimi-
lium.

Inuersio.

ſc̄y, m̄a.

A' loco.

Consulta-
tio.

Hypalla-
ge.
Epilogus
exordij.

P. VIR. MARONIS

Descri-
ptio esta-
ris.
Antithe-
sis.

Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra,
Solstitium pecori defendite: iam uenit æstas
Torrída, iam leto turgent in palmite gemmæ. Thy.
Hic focus, & tædæ pingues, hic pluribus ignis
Semper & assidua postes fuligine nigri.

Descri-
ptio au-
tumni.
Descri-
ptio Veris

5 Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerũ lupus, aut torrentia flumina ripas. Cor.
Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.

Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.

6 Omnia nunc rident, at si formosus Alexis

Montibus his abeat, uideas & flumina sicca. Th.

Aret ager, uitio moriens fitit æeris herba.

Liber Pampineas inuidit collibus umbras.

Phyllidis aduentu nostræ nemus omne uirebit.

Iupiter & leto descendet plurimus imbri. Cor.

¶ Si mihi non hæc & c.) Decorum amanti, odit uerus
amor, nec patitur moras. ¶ Aut numerum lu.) Similitu-
do, & est prouerbium.

Distribu-
tiones.

7 Populus Alcideæ gratissima, uitis Iaccho.

Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,

Nec myrtus uiuet corylos, nec laurea Phœbi. Th.

Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,

Populus in fluuijs, abies in montibus altis,

Sæpius at si me Lycida formosæ reuifas,

Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis. Mel.

Hæc

ANNOTATIONES EOBANI HESS.

Hæc memini, & uictum frustra contendere Thyrsim,
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

Epilogus
αὐτῆς αἰ. ἰ.
intentio.

I IN ECLOGAM SEPTIMAM

Annotationes Eobani Hessi.

Fortè sub arguta confed.) Theocritus in Bucolia-
tis Idyl. 6.

Δαμοίτας ἢ Δάφνις ὁ Βώκολος εἰς ἓνα χῶρον

τῶν ἀγέλαρ πόν' ἀρατε συνάγαγορ & c.

Pastores duo Dametas & Daphnis Arate

Compulerant armenta simul & c.

2 Ambo florentes.) Theocritus Idyllio 5.

ἄμφω τῶν ἡτικν πωρῆτορῶν, ἄμφω ἀνάθε

ἄμφω συρῖσεν Διδακμῆων, ἄμφω ὁ ἄδιν.

Ambo ætate pares tenera, flauentibus ambo

Crinibus, & pulchro docti contendere uersu.

3 Ἐξ̄ sacra resonant.) Theocritus ἐρ̄ ὁδοιποροῖς,

ᾧδ' καλὸν βομβεῦντα ποτισμάνεας μελιῶσαι

Suauibus hic resonant apiaria mellea bombis.

Idem uersus est & in Thyrside.

4 Hic tantum Boreæ.) Theocritus in Nomeo:

τοῦ δὲ θέριος φέροντο ἔγῳ τῶσων μελεδαίνο,

ὄσων ἐρᾶντι πατρός μύθων καὶ μητρός ἀκούειν.

Torrída ego æstatis tam curo tempora siccæ

Quantum uerba iuuat natos audire parentum.

5 Muscosi fontes & c.) Theocritus Idyl. 8.

κράναι καὶ βοτάνων εὐκλειρῶν φυτῶν & c.

Fontes & uegetæ plantatio nobilis herbæ & c.

6 At si form. Alexis.) Ibidem.

πάντα ἔαρ, πάντα δὲ νομοί, πάντα δὲ γάλακτος

ὄυθατα πλήθουσιν καὶ τὰ νία τρέφεται.

ἔνθ' ἂ καλὰ πᾶς ἐπιπίσεται, αἰδ' ἀν' ἀφέρηται.

χ' ᾧ ποιμᾶν ξυρὸς τινὸσι χ' αἰβοτάνου.

Omnia tunc uernant, tunc omnia pascua florent,

Omnia plena boues ubera lactis habent,

D V Cum

P. VIR. MARONIS

Cum uirgo huc formosa uenit: postquam in illa recessit,
Flaccescunt herbae, pastor, & omne pecus.
Eadem similitudine est, & sequens locus.

7 Populus Alcidae gratissima & c.
λεὐκὴν ἠράκλειον ἰσθὺν ἔργον:
Herculi sacram populum esse. Locus extat in Pharmaceutria, hoc est Idyl. 2.

ARGUMENTVM.

Ecloga in primis obseruanda, cum propter affectus qui frequentes in hac sunt, tum etiam propter Pharmaceutriam, quae pars Geomantiae est. Habet enim prior pars huius Eclogae conuersionem amatoris decepti, posterior ueneficia, quibus mulier quae ipsam mentem amato- ris peruertit. Estque haec pars Theocriti.

ECLOGA OCTAUA PHARMA-
ceutria. Damon, Alphesiboeus.

Pastorum musam Damonis & Alphesiboei,
Immemor herbarum, quos est mirata iuuenta
Certanteis, quorum stupefacta carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus, & Alphesiboei.
¶ Damo. ἔπανάληψις, id est resumptio seu repetitio.
Tu mihi seu magni superas iam saxa Timau,
Siue oram Illyrici legis aequoris, en erit unquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem,
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
A te principium, tibi desinet, accipe iussis
Carmina coepta tuis, atque hanc sine tempora circum

Inter

BUCOLICA ECLOGA VIII.

Inter uictrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida uix caelo noctis decesserat umbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est,
Incumbens tereti Damon sic coepit oliuae.
Nascere, praequam diem ueniens age lucifer alnum,
Coniugis indigno Nysa deceptus amore
Dum queror, & diuos (quanquam nil testibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.

Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

Menalus, argutumque nemus, pinosque loquenteis
Semper habet: semper pastorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non passus inertes,
Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

2 Mopso Nysa datur, quid non speremus amanteis?
Iungentur iam gryphes equis, aequoque sequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula damnae,
¶ En erit &c.) Optat prius, deinde confirmat. ¶ Mo-
pso Nysa da.) Redit ad narrationem, & est Emphasis in
dictionibus. uide Erasmus.

Mopse nouas incide faces, tibi ducitur uxor,
3 Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetae.

Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

O digno coniuncta uiro, dum despicias omneis,
5 Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capellae,
Hirsutumque supercilium, prolixaque barba:
Nec curare deum credis mortalia quenquam.

Stoicorum
Incipe opinio.

Narratio
est à tem-
poris de-
scriptione

Da.

Proposi-
tio.

Epitome.

Quin. li. 9

Ironia.

Proposio.

In loco.
extenua-
tio fuit.

Allegoria

P. VIR. MARONIS

Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

A tribus
se com-
mendat.

6 Sepibus in nostris paruam te roscida mala,
Dux ego uester eram, uidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me iam coeperat annus

A tēpore.

Iam fragileis poteram à terra contingere ramos,
7 Ut uidi, ut perijit me malus abstulit error:

Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

Ab origi-
ne uitupe
rat amo-
rem.

8 Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.

Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus, crudelis tu quoq; mater,
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?

Dilemma

Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mnter.

Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

¶ O digno coniu.) Antiphrasis, & est insultatio. ¶ Ut
uidi ut.) ἐπιφώνημα, & est amoris definitio, insuper
aspectu nascitur amor. ¶ Sæuus amor.) A crudelitate &
rebus gestis.

Admira-
tio.

9 Nunc & oues ulro fugiat lupus, aurea dura
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus.
Pingua corticibus sudent electra myrica.

Certent & cygnis ulule, sit Tityrus Orpheus,

Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.

Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.

Omnia

BUCOLIC. ECLIO. VIII.

Omnia uel medium fiant mare, uiuite sylua.

Hipoty-
posis.

10 Præceps aëris specula de montis in undas
Deferat, extremum hoc munus morientis habeto.

Desine Menalios, iam desine tibia uersus.

Hæc Damon, uos quæ responderit Alpheisibœus,

Transitio
ὑπομή.

Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

Al.

11 Effert aquam, & molli cinge hæc altaria uitta,

Verbenasq; adole pingueis, & mascula thura,

Coniugis ut magicis sanos auertere sacris

Experiar sensus, nihil hic nisi carmina desunt.

12 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Da-

Carmina uel coelo possunt deducere lunam, (phn

Vis incan-
tationis.

Carminibus Circe socios mutauit Ulyssi.

Ab exem-
plo.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

¶ Nunc & oues.) Operat contraria, consimilis paræmia
est, Ceruus canes trahit. ¶ Pingua cor.) Syllogismus ex
propositione, assumptione & cōclusionone. ¶ Oia uel me.)
Summam ostendit desperationē, à quinq; scopulis desili-
te in fluctus. Vide paræmiā apud Eras. ¶ Carmina uel.)
Vide prouerbiū, In tuum ipsius malum lunā deduces.

Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphni.

Terna tibi hæc primum triplice diuersa colore

Ter apud
Erasmum
in Chilia-
dibus.

16 Licia circundo, terq; hæc altaria circum

Effigiem duco, numero deus impare gaudet. (phn

Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Da-

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores: (cto.

13 Necte Amarylli nodos, & Veneris dic uincula neo

Duci

ANNOTATIONES EOBANI HESS.

Carpere montibus, ipse uix dux fidus habebat.
Traduximus hunc locum aliàs copiosius, quem habet
in Idyllis nostris in Euryto.

7 Vt uidi, ut peris, Theocritus in Pharmaceutria,
ὡς εἶδον, ὡς ἐμάνην, ὡς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη Δεδασίη
Vt uidi, ut peris, misera ut mihi perdita mens est.

Et in Comafte:

ὡς ἐμάνην, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλιτ' ἔρωτα:
Vidit, perisitq; profundumq; hausit amorem.

Loquitur de Aralanta.

8 Nunc scio quid sit amor, Theocritus in Comafte

ἐγὼ νῦν τὸν ἔρωτα, βαρὺς θεὸς, ἢ γὰρ λεαίνος
μασσὸν ἐθύλαξ, ἄρμυμ' ἔτεριφε μάτηρ.

Nunc scio quid sit amor, numen graue, scilicet illum
Nutrit in syluis mater, sœuæq; Lexææ
Præbuerunt mammas.

9 Nunc & oues ultro, Theocritus in Thyrside.

νῦν ἴα μὴν φορέοιτε βᾶτοι, φορέοις δ' ἄκανθοι,
ὁ δὲ καλὰ νάρκιωτος ἐπ' ἀρκιόθιοι κομάσας,
πάντα δ' ἐναλλα γένοιτο, καὶ ἅ πῖτος ὄχνας ἐνέικει,
Δάφνης ἐπειθὴ θνήσκει, καὶ τὰς κύνας ἄλλα φθ' ἔλκοι,
μ' ἄξ' ὄρεων τοὶ σκῶτες ἀνδρῶσι γαρύσαντο.

Quod fere est huiusmodi

Nunc uiolis florete rubi, nunc mollis acanthus,
Nunc etiam pulchro Narcissi flore comantes
Iuniperiq; breues, pugnantia fortibus edant
Omnia natiuis, ferat hæc pyra mollia pinus,
Nunc timidæ catulos agitent in retia ceruæ,
Stridula uocali Philomelæ noctua certet
Dum perit extinctus crudeli funere Daphnis.

10 Præceps ærῆ specula, Theocritus in Comafte
τὰν βαυτὰν ἀποδὺς εἰς κύματα τῆνα ἀλιύμου:

Quod est,

Infiliam fluctus abiecta ueste profundos.

καθ' ἑν τῶν ὁδοῦ πόροισι.

ἢ κατὰ τῆνος

ANNOTATIONES EOBANI HESS.

τὰς πῖτρας ὡς ἔρωπε μανῆς ἐς κρᾶθιν ἀλοῖμαν.

Id est: Aut ego præceps,

De rupe infiliam subiectum in Crathidis amnem
11 Effer aquam. Simile est principium Theocriti
Pharmaceutriæ.

πᾶ μοι ταὶ δάφνας, φέρε θῆσυλι. πᾶ δὲ τὰ φίλτρα,
εἴ-φον τὰν κελίβαν φοινικίω ὀϊὸς ἀλίω.

Id est:

Has lauros, hæc mista fer huc age Thestili phil
Atq; hæc purpureæ tege pocula uellere lanæ.

12 Ducite ab urbe. Versus intercalaris est q. imita-
tionem Theocriti, qui duos habet, quorum est primus:
ἵψ' ἔλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἀνδρα.

Iynx redde domum retrahens, mihi redde maritum.

Vbi notandum obiter, quod Seruius τῆρ' ἵψ' ἔλκε inter preta-
tur turbinem. Alij auiculam aiunt esse, quæ Latine dica-
tur motacilla, qua in ueneficis utantur maleficæ.

13 Necte Amarylli nodos, &.) Simile est hoc Theocriti.
πᾶσ' ἄμα καὶ λῆγι ταῦτα, τὰ δελφιδος ὄσκα πάσῳ.

Sparge simul dicens, hæc spargo Delphidis ossa.

14 Limus ut hic durefcit:

ὡς τοῦτον τὸν καρὸν ἐὼς σὺν δαίμονι ἴσκω
ὡς ἴσκωθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ μόνδιος αὐτῆκε δελφίς.

Hæc ut agente Dea flamma mihi cera liquefcit,

Sic in amore meo, liquefcit Delphis & c.

15 Daphnis me malus urit.

Δελφίς ἐμ' ἀνίασεν, ἐγὼ δ' ὠδὴ δελφίδος δάφνον αἰθῶ.
Delphis me contristat, ego hanc in Delphide laurum
Exuro.

16 Terq; hæc altaria. Est & apud Theocritum hoc
de ternario.

εἰς τρεῖς ἀποσπένδω καὶ τρεῖς τὰ δὲ πότνια θυνῶ.

Nunc ego ter libo, ter & hæc bona carmina dico.

17 Has olim exuuias.

ταῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κρέσσενδον ἔλασε δελφίς.
ὡς εἶν τὴν τίλλησκα κατ' ἀγρίω ἐν πυρὶ βάλλω.

ANNOTATIONES EOBANI HESSI

Perfidus hanc Delphis de chlæna perdidit oram,
Hanc ego nunc uellens duro infero protinus igni.

18 Has herbas, atq; hæc.) Simile est Theocriti.

τῆρα δὲ ἐν κίσει κατὰ φάρμακα φασι φιλῶσιν
ἀστυρία δὲ σπονδία παρὰ ξύβητο μαθοῖσα.

Talia tamq; potentia pharmaca cista recludit
Hæc mea, ab Assyrio didici quæ cuncta magistro.

19 Et Hylax in limine latrat.) Theocritus:

νότις ἄμμιν ὄνᾳ πτόλιν ὀρίονται & c.

Sed in urbe latratibus edunt

Nunc mihi signa canes &c.

ARGUMENTVM

Hæc Ecloga referta est querelis, cum enim Virgilius
favore Cæsaris agros suos Mantuanos recepisset & iam
proficisceretur repetitum agros, propemodum occisus
est à Centurione, mandat igitur procuratoribus ut a
gros tueantur, sed habita ratione temporis id quod in
hæc Ecloga conqueritur.

ECLOGA NONA, MOERIS.

Lycidas, Mæris.

Expolitio

Quò te Mæri pedes?
an quo uia ducit in urbem?

Mæ

O Lycida uiui peruenimus, aduena nostri,

Quod nunquam ueriti sumus, ut possessor agelli

¶ Quo te Mæri.) A querimonia & est modus loquendi
di rusticano pastori uehementer quadrans. ¶ O Lycida
uiui.) Pathos est ab eo quod est præter opinionem, ostendit
ditq; diuturniorem uitam nocere.

Diceret, hæc mea sunt, ueteres migrate coloni:

Nunc uicti tristes, quoniam fors omnia uersat,

Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos.

Lyc

P. VIR. MARONIS

Certe equidem audieram, qua se subducere colles

Topogra
phia.

Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,

Vsq; ad aquam, & ueteris iam fracta cacumina sagi.

Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam. Mœ.

Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum

Locus cõ
munis.

Nostra ualent Lycida, tela inter Martia, quantum

Chaonias dicunt aquila ueniente columbas.

Quod nisi me quacunq; nonas incidere lites

Ante sinistra caua monuisset ab illic cornix,

2 Nec tuus hic Mæris, nec uiuere ipse Menalcas. Ly.

Heu cadit in quenquam tantum scelus, heu tua nobis

Pathos &
est magna
exaggera
tio sceleris.
Distribu
tio.

Pene simul tecum solatia rapta Menalca.

Quis caneret nymphas? quis humum florentib. herbis

Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra? M.

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,

Cum te ad delicias ferres Amyllida nostras.

3 Tityre dum redeo (breuis est uia) pasce capellas,

Distribu
tio.

Et potum pastas age Tityre, & inter agendum

Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.

Mœ.

Imò hæc, quæ Varo necdum perfecta canebat.

¶ Nunc uicti tri.) Quid nisi uictis dolor, Paræmia est

¶ Nostra ua.) Nulla enim honesti ratio est apud Mauor

tios. Cicero inter arma filel &c. Nulla fides pietasq; uir

ris qui castra sequuntur.

Vare tuum nomen, superet modo Mantua nobis,

Mantua uæ misera nimium uicina Cremona,

E ij Cam

P. VIRGI. MARO.

Notatio. Cantantes sublime ferent ad sidera cygni.
 Anaphora. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos,
 Ab auctori. Sic cythiso pastæ distendent ubera uacæ
 bus fides. § Incipe si quid habes, & me fecere poetam
 Pierides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt
 Vatem pastores, sed non ego credulus illis.
 Nam neq; adhuc Varo uideor, nec dicere Cinna (Mœ.
 Parcmia. 6 Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
 Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse uoluto,
 Attentio. Si ualeam meminisse, neq; est ignobile carmen
 Huc ades ô Galatea, quis est nam ludus in undis?
 Hic uer purpureum, uarios hic flumina circum
 Fundit humus flores, hic candida populus antro
 Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.
 Commen- 7 Huc ades, insani feriant sine littora fluctus. Ly.
 datio ter- Quid, quæ te pura solum sub nocte canentem
 rz. Audieram numeros meminisse, si uerba tenerem. Mœ.
 Narratio. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus?
 Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum,
 Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
 Duceret apricis in collibus uua colorem.
 Inscere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
 ¶ Nam neq;) Arguit à iudicio illorum qui sunt Poetæ.
 ¶ Duceret apricis) Ducere colorem eyn farbgeuuyne
 nen, quæ locutio Fabio familiaris est.
 Omnia fert ætas, animum quoq; sæpe ego longos

Ly.

Ly.

Mœ.

Can

BUCOLICÆCLO. IX.

Cantando puerum memini me condere soles.
 Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Mœrim
 8 Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores.
 Sed tamen ista satis, referet tibi sæpe Menalcas. Ly.
 Causando nostros in longum ducis amores.
 Et nunc omne tibi stratam silet æquor, & omnes
 (Aspice) uentosi ceciderunt murmuris aure.
 9 Hinc adeo media est nobis uia, namq; sepulchrum
 Incipit apparere Bionoris, hic ubi densas
 Agricola stringunt frondes, hic Mœri canamus,
 Hic hœdos depono, tamen uenimus in urbem,
 Aut si nox pluuiam ne colligat antè ueremur,
 Cantantes licet usq; (minus uia ledet) eamus.
 Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo. Mœ.
 Desine plura puer, & quod nunc instat agamus:
 Carmina tum melius, cum uenerit ipse, canemus.

Parcmia est.

Ab opportuno.

Comes facundus in uia pro uiculo est. Diastole.

IN ECLOGAM NONAM.

ANNO. E. O. B. A. HESSI

Q 1 Vo te Mœri pedes? Theocritus in Thalysia:
 σιμιχίδα πᾶ δὴ τὸ μέγα μίρον πόδας ἔλαοι

Quod est.

Simichida quod te ducit uia tempore, quo nunc,
 Sol medium cæli curru ferit igneus orbem?
 2 Heu cadit in.) Per Menalcam hac Ecloga Virgilium
 intelligimus, cuius ab Arrio Centurione penè interfe-
 sti periculum hic auersatur. Quod & ἀλλυγορμῶς ex-
 pressit Ecloga tertia.
 Parcitate oues nimium procedere, non bene ripæ
 Creditur: ipse aries etiam nunc uellera siccatur.

E in Cum

IN P. VIR. MARONIS BV.

Cum saluti illi fuisset propinquitas Mintij amnis, in quam ille se præcipitem immiserat.

3 Tityre dum redeo.) Libet hoc loco adscribere uerba Auli Gellij ex noctium atticorum lib. 9. cap. item. 9. ut cum his appareat quis sit modus uerba Græca in Latinas uertendi sententias, mihi quoq; in his Theocriticis, alijsq; uertendis paratior uenia habeatur, si non omnia statim, nec ad uerbum nec ad numerum uersuura reddidero. Verba Gellij sunt huiusmodi:

Quando ex poematis Græcis mutandæ, uertendæq; sunt insignes sententiæ, non semper aiunt enitendum, ut omnia uerba omnino in eum, in quem dicta sunt, modum uertantur. Perdunt enim gratiam pleraq; si quasi inuita & recusantia uolentius transferantur. Scite igitur & confyderate Virgilius cum aut Homeri, aut Hesiodi, aut Apollonij, aut Parthenij, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorum locos effingeret, partem reliquit, alia expressit. Sicut nuperrime apud mensam cum legerentur utraq; simul Bucolica Theocriti & Virgilij, animaduertimus reliquisse Virgilium, quod Græcum mire quàm suauis est. Verti autem neque debuit, neque potuit. Sed enim quod supposuit substituitq; pro eo quod omiserat, non abest, quin iucundius lepidiusq; sit. βάλλα κῆρ μέλοισι τῶν ἄϊπολων &c. Verum hunc locum nos supra Ecloga tertia exposuimus.

Subdit uero Gellius:

Illud quoq; alio in loco animaduertimus caute omisissum, quod inest græco uersu dulcissimum.

τίτυρε μὲν τὸ καλὸν πεφυλακμένῃ βοῶσι τὰς αἴγας,
κῆρ ποτὶ τὰν κρήναν ἄγε τίτυρε, κῆρ τὸν ἑνὸρχαν
τὸν κηρικὸν κρήνανα φυλακᾶσθε μὴ τιμοῦσθε.

Hi uersus sunt in Comaste Theocriti, quos Gellianorum locorum interpretes, qui quis is fuit, in hunc modum Latinos fecit.

Pasce adamate mihi pulchre has heus Tityre capras,
Et potum ad fontes age Tityre, sed coleatum

Hunc

ANNOTATIONESEOBANI HESS.

Hunc astrum rufumq; caue, ne cornua uibret.

Nos cum totum Idyllion sicut & alia pleraq; uerteremus, sic expressimus inter alia:

Heus age nostras.

Chare mihi ante alios mi Tityre pasce capellas,
Viciniq; fatis pastas age fontes ad undam.

Hunc Libycum tamen & coleatum, uelleris albi

Obserua ne te cornu feriente laecisat.

4 Cantantes sublime.) Ad hunc locum alluisse existimo omnibus modis doctissimum uirum Erasimū Roterodamum eo carmine, quod duabus Tragædijs Euripidis Hecubæ, & Iphygeniæ à se uersis proposuit, quod ipsum, quia est non solum elegantissimum, uerum etiam his temporibus altissimum, uisum est, ex maxima sui parte, neq; enim attiner totum, adscribere.

Est uero huiusmodi:

Scite Poetas doctos appellat Maro
Cygnos Guilielme præsulum eximium decus.

Res mira dictu, ut cuncti consensu nouo

Vati atq; olori congruant diuinitus.

Niueus utriq; candor, alter lacteis

Plumis, amico candet alter pectore.

Musis uterq; gratus ac Phæbo facer,

Et Iympidis uterq; gaudet amnis,

Ripis adæque uterq; gaudet herbidis,

Pariter canorus uterq;, tum potissimum

Vicina seram mors fenestram cum premit.

Sed, qui tenent arcana naturæ, negant

Audiri olorem ni fonent fauonij.

Nil ergo mirum barbaro hoc si sæculo

Canorus olim, obmutuit uatum chorus:

Cum tot procaces undiq; obstrepat Noti

Boreæq; tristes inuidorum & pinguium

Nulli fauentum prouocent Fauonij.

Quid uerius dici potuit in mores horū temporum, in quibus ut nullus fermè habetur ingenij honor, ita misere & magna cum futurorū hominū clade iacent recta stu-

E iij dia,

Scit
Cygni.

IN P. VIR. MARONIS BV.

dia, nisi quod paucis adhuc in locis (de Germanis lo-
quor) languidas uoces trahūt, in alijs uelut reuiuiscunt.
Vna Vuittenberga ad Albim munificentia ac sapientia
optimorum principum fœlicis recordationis Friderici
nuper, nunc uero ipsius fratre germano Ioannis Rom-
imp. Electorum unā cum optimæ spei filio Ioanne Fri-
derico, studio uero & industria, in primis doctissimi ui-
ri Philippi Melanchthonis, uelut communi clade colla-
bētem, in Germania omnium bonarum disciplinarum
statum sustinuit, & non solum ipsa sustinuit, uerum etiā
in alias urbes rectorum studiosorum professores misit.
Taceo, quanta cum laude illustris Hessorum princeps
Philippus Marburgi nuper scholā publicam conductis
ad eam rem liberalibus stipēdijs trium linguarū & opti-
marum omnium artium professoribus instituerit. Hoc
silentio transire non possum, nec debeo, quod magnifi-
cus ac sapientissimus Senatus Nurenbergenſis accitis à
Vuittenberga Philippo Melanchthone, cuius auspicijs ea
res tantum ordiretur, Ioachimo Camerario Græcarum
ac Latinarum literarum, Micalo Rotingo Rhetoricæ
ac Theologiæ, Ioanne Schonero à Bambergæ, rerū ma-
thematicarum, Ioanne Boscenſenio, Hebraicarum li-
terarum, me quoq; ab Erphurdia, utinam tanta laude
non fraudanda, Poeticę disciplinæ professoribus, hoc bi-
ennio scholam eam instituit, cuius fructus & utilitas nō
ad suos tantum ciues, uerum & ad longe diſſitos homi-
nes fit aliquando peruentura, ut in hac urbe politica-
rum rerum disciplina ex omnibus Germaniæ ciuitati-
bus unicam laudem, ac præcipuam gloriam iamdudum
omnium mortalium consensu obtinente, etiam non de-
futuræ eruditionis fundamenta iacta uideantur.

Verum hæc ego nō eram scripturus, nisi Erasmi car-
minis argumentum in hoc me diuerticulum uelut abri-
puisset de spacio. Nunc ad institutum redeo. Extat apud
Politianum eadem cygnorum & poetarum cōparatio
Epistolarum lib. 7. Quam Erasmus multo fecit elegan-
tiores, quod & carmine lepidissimo expressit, & ad tem-
porum

ANNOTAT. EOBANI HESS.

porum mores uerissime accommodauit.

5 Et me fecere poetam.

6 Digna, sed argutos.

Theocritus in Thalyſis.

Ὡς γὰρ εἰς τοὺς κακῶν χρόνον ἴσμεν ἡμεῖς
πάντες ἀοιδῶν ἄριστον, εἰς ὃ λέγεις οὐ ταχὺ παθεῖς
οὐδ' ἄλλαν, οὐ γὰρ πῶς κατ' ἐμὸν νόον. οὕτε τὴν ἐδδλον
σπελίδαν νίκαμι τὴν ἐκ σάμω, οὕτε Φηλητῶν
ἄειδον. βατράχος δὲ ποτ' ἀκριδῶς ὥστ' ἐρίσσω.

Quos ita reddimus,

Et mihi blandiloquum dedit os in carmine Musa,

Et me pastores cuncti dixerunt Poetam,

Optima qui cantem. Sed non ego credulus illis

Iudice me, nec enim Siculum deuicero uatem

Qui Samon incoluit, nec Coi pulchra Philetæ

Carmina, sed uolucres tanquam si rana locustas

Sic ego sic certo doctos superare Poetas.

7 Huc ades, insani. Theocritus in Cyclope.

τὴν γλαυκῶν δὲ θάλασσαν ἴα ποτὶ χέρον ἐρεχθῶν.

Nos inter alia sic:

Interea glauci feriant sine littora fluctus.

8 Lupi Martini uidere priores. Sensum hunc inuer-

tit Theocritus Idyllio ξ, quod inscribitur, κνίσιμος ἔρως.

οὐ φθίξῃ λυμορῆσις, Erasmus in prouerbio, Lupi illū prio-

res uidere, sic uertit;

Edere non poteris uocem, lupus est tibi uisus.

9 Hinc adeo media. Incipit apparere Bianoris, &c.

Theocritus in Thalyſis:

ὡς οὐπο τὴν μισάταν ὄδον ἀνομις, οὐδὲ δ' ὄμα

ἔμυρ' ἢ βρασίλα κατεφαίνετο &c.

Nec dum fortē uiam mediani confecimus, & nec

Apparebat adhuc Brasiliæ sublime sepulchrum.

ARGUMENTVM.

Gallus eximius Poeta fuit & inter amicos Cæsaribus
primo habitus, postea cum uenisset in suspicionē, quod
contra eum coniuraret, occisus est. Hic adamauit Cythe

E V ridem

P. V.M. MANTVANI

ridem meretricem, quæ spreto Gallo, Antonium eun-
tem in Galliam est secuta, propter quod dolorem Gallus
nunc uidetur consolari Virgilius.

ECLOGA DECIMA
GALLVS.

Inuocatio
cum propo-
sitione.
Admira-
tio.

EXtremum hūc Arethusa mihi cōcede laborem
Pauca meo gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
Sic tibi cum fluctus subter labère Sicanos,
Doris amara suam non intermiscet undam.
Incipe, sollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent simæ uirgulta capelle.
Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.

Occupar-
tio, & est
prouer-
bium sur-
do canere

2 *Quæ nemora, aut qui uos saltus habuere puellæ
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
Nam neq; Parnasi uobis iuga, nam neq; Pindi
Vlla moram fecere, neq; Aonie Aganippe.*

Exaggera-
tio.

3 *illum etiam lauri, etiam fleuere myrica,
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Menalus, et gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant et oues circum, nostri non pœnitent illas,
Nec te pœniteat pecoris diuine poëta.*

Proposi-
tio.

A maiore

4 *Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.
5 Venit et upilio, tardi uenere bubulci,
Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas.*

Omnia

BVCOL. ECLOGA X.

Omnes unde amor iste rogant, tibi uenit Apollo,
Galle quid insanis inquit, tua cura Lycoris,
Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.
Venit et agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, et grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.

Dehorta-
tio.

Descrip-
tio.

¶ *Quæ nemora.*) Inrepatio, orditur autem à queri-
monia, ex postulans cum Musis quod ipsum non conso-
lentur.
Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat:
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capelle.

γυνή.
A simili.

Tristis at ille tamen, cantabitis Arcades inquit,
Montibus hæc uestris, soli cantari periti
Arcades. ò mihi tum quàm molliter ossa quiescent,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atq; utinam ex uobis unus, uestriq; fuisset
Aut custos gregis, aut matura uinitor uuæ.
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicunq; furor, (quid tum, si fuscus Amyntas?
6 Et nigra uiolæ sunt, et uacinia nigra.)

πῆξι.

Mecum inter salices lenta sub uite iaceret,
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,
Hic nemus, hic ipso tecum consumerer æuo.

Obiectio.
Dilutio
per reie-
ctionem.

Inuitat
amicam
à loco.
Epana-
phora.

Nunc

P. VIR. MARONIS

Nunc insanus amor, duri me Martis in armis
Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.
Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum
Alpinas ab dura niues, & frigora Rheni
Me sine sola uides ac te ne frigora ledant.
Ab tibi ne teneras glacies seceet aspera plantas.

Quintilia
nus lib. 10

Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita uersu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena

¶ Tristis at ille.) Fingit Gallum respondentem, ut ma-
gis ob oculos nobis ponat hominis infaniam. ¶ Certe
sive mihi.) Inconstantia amatoris.

Certum est in syluis, inter spelea ferarum

Parœmia
est, in ho-
stio for-
mosus.

Malle pati, tenerisq; meos incidere amores

Arboribus, crescent illæ, crescetis amores.

Interea mixtis lustrabo Menala Nymphis,

Res age-
tutus cris

Aut aeres uenabor apros: non me ulla uetabunt

Frigora, Parthenios canibus circundare saltus.

Iam mihi per rupes uideor, lucosq; sonanteis

Decorum

Ire, libet Partho torquere Cydonia cornu

Spicula, tanquam hæc sit nostri medicina furoris:

Aut deus ille malis hominum mite scere discat,

Inconstan-
tia amo-
ris.

Iam neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis

Ipsa placent, ipsæ rursus concedite syluæ.

Non illum nostri possunt mutare labores,

Exagge-
ratio.

& Nec si frigoribus medijs, Hebrumq; bibamus,

Sithoniasq; niueis hyemis subeamus aquosa:

Nec si

BVCO. ECLOGA X.

Nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,

Æthiopum uersemus oues sub sydere cancri.

Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Hæc sat erit diuæ uestrum cecinisse poetam,

Dum sedet, & gracili fiseellam textit hibisco:

Pierides, uos hæc facietis maxima Gallo,

Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,

Quantum uere nouo uiridis se subijcit alnus.

Sargamus, solet esse grauis cantantibus umbra,

Iuniperi grauis umbra, nocent et frugibus umbrae.

Ite domum saturæ, uenit hesperus ite capella.

¶ Arboribus, cre.) Consilium damnat ueluti nocitu-
rum, qui ex ea re magis accenderetur.

IN ECLOGAM DECIMAM AN

NOTA. EOBA. HESS.

Extremum hunc Arethusa.)
Hæc ultima Ecloga amorem Galli celebrat, sed
ira ut à pastoralibus personis, ac comparationi
bus non discedat. Quæ in re maior aliquanto est
adfectuum amantis expressio, dum ipsum inter pasto-
res & pecora, & quasi in solitudine abiecti ac relictum
numina, etiã rusticana et pastoralia consolantur. Quod
totum argumentum ferè sumptum est ex Thyride, hoc
est, Idyllio primo Theocriti, qui simile omnino tractat
argumentum de suo Daphnide. Præter ea, quæ de hoc
Gallo supra dicta sunt Ecloga sexta, scire etiam conue-
nit poetam fuisse eximium, & Euphorionis poetæ Gre-
ci patria Chalcidensis carmina, in Latinam linguã tran-
stulisse. Amoresq; suos de Cytheride, quã hic poeta Ly-
corim ficto nomine adpellat, scripsisse libris quatuor.
Augusto fuit adeo familiaris, ut primus ab eo præfectu-
ram

Antithe-
sis.

ἔπιλογος,
Epilogus
totius Bu-
colici car-
minis.
παλιδωρία

Similiu-
do.

Tapinosis

IN P. VIR. MARONIS BVCO.

tam Aegypti acceperit, postea ab eodem cum in suspi-
cionem coniurationis cōtra se uenisset, interfici iussus.
Hunc Virgilius sic amavit, ut finē quarti Georgicorum
totum ipsius laudibus occuparit, quem locū post sublat-
tum Gallum iussu Augusti, in fabulam Aristæi commu-
tauit. Hæc ferè Seruius.

Non dissimulat autē in principio huius carminis Po-
eta minime arrogans, plurima & hic, sicut alibi quoque,
ex Theocrito desumpta, ut illud statim:

2 Quæ nemora.) Theocritus Idyllio primo:

πῶ ποὺ ἄρ' ἴδ' ὄνα διαφνὸς ἐτάμετο, πῶ ποὺ ἀνέμφορα
ἢ κατὰ πνευσὸ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ πίνδα.
ὄν γὰρ δὴ ποταμοῦ μέγαν ῥοὴν ἔχει' ἀνάπω,
ὄν δ' ἄϊτνας σιοπίδων, ὄν δ' ἄϊκτος ἱερὸν ὕδαρ.

Quæ nemora, aut qui uos saltus habuere puella
Naiades, indigno cum Daphnis amore periret.
Pulchra ne uos tenuisse putem Peneia tempe!
Num iuga Thessalici Phebo gratissima Pindie
Nam neq; detinuit placidi uos flumen Anapi,
Non etiam scopuli flamma insuperabilis Aetnae,
Non sacrum coluisse putei uos Acidis annem,

3 Illum etiam lauri.) Ibidem,
τῆνον μὲν βῶδ' τῆνον λῦνοι ἐρύσαντο,
τῆνον χ' ὦ' ἢ ἀρυμοῦ λίων ἀνέκλεισε θανόντα.

Quod est,

Illum omnes ficuere feræ. sic acere lupi q;
Pantheræ q;, nec illius impia fentes
Funera syluestres ignorauere leones.
Eundem locum usurpauit supra Ecloga quinta, sed ali-
ter, Daphni tuum &c.

4 Et formosus oues ad flumina paut.)

ὠραίως χ' ὦ' ἢ δλωνισ ἐπιτὶ κῆς μάλα νομίζεις,
Ipse etiam formosus oues, nunc pascit Adonis.

5 Venit & upilio tardi.)

ἦθ' ἂν ῥὶ βῶτα τοὶ πωμένους, ὦ' πῶλοι ἦνθον

πάντες

ANNOT. EOBANI HES

πάντες ἀνιράτων ἢ πᾶσι κακόν, ἦν' ὁ πρίαπες
κῆρα, λάφρι τάλαν, ἢ τὸ κᾶνω &c.

Pascua linquentes tardi uenere bubulci
Venerunt teneras soliti pauisse capellas,
Omnes unde amor iste rogant, tibi uenit, & ipse
Impiger hortorum custos, dixitq; Priapus,
Daphni miser, quid nam tanto consumeris æstu?
Et solus hic locus ad imitationem Theocriti est factus.

6 Et nigrae uiole sunt.) Theocritus in Ergatinis:

κῆς δ' ἴον μέλαν ἐντὶ κῆς ἄ γραπῶ ὑάκινθῳ.

ἀλλ' ἔμ πας ὃν εἰς σιφάνοις τὰ πρῶτα λείγοντα.

Id est,

Sunt etiam uiole florum pars maxima nigrae,
Decolor & rubros Hyacinthos littora signat.
Præcipue tamen hæc in florida ferta leguntur:
3 Nec si frigoribus.) Theocritus in Thalyssis.

εἰς δ' ἠδωνῶν μέγ' ὄν οὐρεσι χίμαιτι μέσσω,
ἔσρον πῶρ ποταμὸν τετραμμίνῳ, ἔσ' ὕθεν ἄρκατω
ὄν δ' ἔσρ' πυμάτοισι πᾶρ' ἀθιόπιασι νομίζοις.

Id inter alia sic uertimus:

Iaceas in montibus alcis

Edonum mediæ sub tempora frigida brumæ,
Culmina quæ gelidus Rhodopeia præterit Hebrus,
Fronte pruinosa gelidam conuersus in Arcion.
Cum uero medios sol ardentissimus æstus
Excitat, Aethiopum per prata calentia pascas.
Pani minatur, nisi copiam amati faciat &c.

FINIS.